atura ad maiꝰ pꝛomoueri q̄ꝫ ꝙ aſ
ſimiletur ſuo creatoꝛi. ī p̄ſenti. ſ. p
gratiā. ꝛ in futuro p gloꝛiaꝫ. ij. ad
Choꝛinth. ix. Gratias deo ſuper ī
enarrabili dono eius Amen.

## De cauſa qua datur in cibum ratione coꝛruptionis humane nature ꝛ conditionis

## Sermo VI

Venite co/
medite ꝛc. vt a princi
pio. Item alia vt iam
ſupꝛa. ¶ Secun
da ratio ſapiētie dei qua dominꝰ
dat homī coꝛpus ſuū in cibū: eſt
hūane nature coꝛruptio. que hu/

ius cibi exigebat medicamentum
Et hoc quantū ad tria. Primo q̄ꝫ
tum ad congruā curatiōis incho
ationē. Secūdo q̄ꝫtum ad itegrā
corruptionis durationeꝫ. Tertio
quantū ad firmā ſanitatis cōſer/
uationē Primo humane natu
re corruptio exigebat talem cibuꝫ
q̄ꝫtum ad congruā curationis in
choationē. quia ſicut initiū corru
ptionis ⁊ mortis cepit a cibo per
medicū vetito. ſcꝫ a ligno ſcientie
boni ⁊ mali. ſic initiū iuſtificatio/
nis ⁊ vite incipe debuit a cibo per
eundē medicū pſuadendo. ſ. a vo
ligno vite. id eſt a corpore domi/
nico De primo Gen̄. ij. De ligno
ſcientie boni ⁊ mali ne comedas.
In quacunqꝫ em̄ die comederis
ex eo morte morieris De ſecundo
Joh. vj. Niſi manducaueritꝭ car/
nem filij homīs ⁊ biberitis eius
ſanguinē ⁊c̄. Secūdo humane
nature corruptio exigebat corpuſ
dn̄i in cibū q̄ꝫtum ad integrā cor
ruptionis curationē. Serpēs em̄
malign⁹ infudit homī p venenuꝫ
pomi vetiti triplicē corruptioneꝫ
ſcꝫ In anima tenebras ignorātie
In carne morbū praue cōcupiſcē
tie. Et mortē vtrobiqꝫ. Geneſ. iij.
Serpēs decepit me. De pmo ps.
Homo cū in honore eſſet non in
tellexit: cōparat⁹ eſt iumentis inſi
pientibus. Gen̄. j. Tenebre erant
ſuper faciē abyſſi. Tenebre quidē
ignorantie ſuper facieꝫ humani
cordis ex diabolica deceptiōe. De
ſecundo ad Gal. v. Caro concupi
ſcit aduerſus ſpiritū, ad Roma.
vij. Uideo aliā legem in membriſ
meis repugnantē legi mentꝭ mee
Lex in membris eſt morbus con
cupiſcētie mouēs mēbra ad actuꝫ
malicie. De tertio Sapiē. ij. Inui
dia diaboli mors intrauit in or/
bem terre. De omnib⁊ Auguſtin⁹
Si angel⁹ de ꝓprio pluens in pa
radiſo nō eſſet auditus: nō preci/
pitaremur in mortē: ſed venit de
celo lapſus: ſerpens factus: et im
miſit venenū de proprio: locutus
eſt de ſuo. Guſtate ⁊ eritꝭ ſicut dij
⁊ illi appetentes quod non erant.
amiſerāt quod acceperāt. ſcꝫ veri
intelligentiā. vite iuſticiā. morien
di poſſibilitatem.

De effectu corpis medicinalis.

F Quia igit̄ diabolus per ci
bum venenoſum corruptionē in
fuderat: neceſſe fuit ad integram
ſaluationē vt medicus ⁊ ſaluator
noſter cibū medicinalē cōtra hec
tria daret. et hoc eſt corpus ſuum
quod pie recipientiuꝫ ignorantie
tenebras illuminat. praue concu
piſcentie ſanat vigorem. et mor/
tem deſtruendo deuincit. De p
mo pſal. Dominus illuminatio
mea et ſalus mea quem timebo.
Accedite ad eum ⁊ illuminami/
ni ⁊c̄. Corpus enim chriſti eſt ver
bum dei. id eſt. vera lux in carne
humana quaſi in lucerna qua il/
luminatur anima fidelis. De
ſecūdo pſalmiſta. Pluit illis mā
na ad manducandum. Exodi.
xvj. Manē ros iacuit in ſimilitu
dine pruine ſuper terram. Pa/
nis igitur celeſtis in ſimilitudine

pluuie roris ⁊ pruine apparebat
qꝛ corpꝰ dñi a feruore ꝯcupiſcētie
praue refrigerat. De tertio Job.
vj. Pr̄es veſtri mādūcauerūt mā
na in deſerto ⁊ mortui ſunt. Hic
eſt panis de celo deſcēdēs: vt ſi qſ
mādūcauerit ex ip̄o nō morieť. et
ſic cibꝫ iſte mortē eternā deſtruxit.
De his tribꝫ ſuꝑ p̄mo ſmone cir-
ca finē. Tertio nature humane
corruptio exigebat corpus dñi ci
bum q̄ztū ad firmā ſanitatꝫ cōſer
uationē. Quidā em̄ ad tp̄s ꝓ pec
catis cōpungūť ⁊ qͦdammō curā
tur: ſꝫ tēptatōis ꝑ recidiuū iteruꝫ
corrūpunť Pſ̄. Putruerūt ⁊ cor
rupte ſunt cicatrices mee ⁊c̄. Ad
ꝯſeruationē autē ſanitatꝫ aīe ⁊ ad
incorruptionē bone vite valꝫ cibꝫ
iſte. Cañ. j. Faſciculꝰ mirre dilectꝰ
meꝰ mihi inter vbera mea cōmo-
rabiť. Sicut eñ mirra incorrupta
a putrefactione corpa ꝯſeruat: ſic
corpus dñi pie ſumptū: corda cō
ſeruat. Ambro. Cōſidera vtrū pre
ſtātior ſit panis angeloꝝ. i. māna
iudeoꝝ: an corpꝰ xp̄i illud corru
ptioni obnoxiū. h̄ ab omni corru
ptione alienū. ⁊ quicūqꝫ religioſe
guſtauerit: corruptionē ſentire nō
poterit. h̄ Tertia rō ſapiētie
dei q̄ dñs dat hoī corpus ſuū i ci
bū: eſt hūane nature ꝯditio. q̄ rō-
nalis creatura ē ⁊ corpi cōiuncta.
Rōnalis aūt creatura pōt tribuſ
modis cōſiderari, ⁊ ſm h̄ indiget
triplici cibo. Primo mō ꝯſiderať
rōnalis creatura ſm ꝙ eſt incor-
porea ⁊ pure ſpūal': vt natura an
gelica. Scd̄o mō vt ē corpi ꝯiun-
cta. ſicut diſſil'is diſſil'i. ſpūs car-
ni Tertio mō ſm ꝙ ille due natu
re. ſ. corpꝰ ⁊ aīa in ſingulis ꝑſoniſ
hoīm ſub familiari ſocietate ⁊ mi
ro amore ſunt ꝯiūcte. Sꝫ quocū
qꝫ mō iſtorū triū ꝯſidereť rōnaliſ
creatura ſm ꝯditionē ſuā: ꝯuenie
ti indiget alimēto Primo em̄ mo
do ꝯſiderata. ſ. ſm ꝙ ē icorporea
⁊ pure ſpūalis vt natura angl'ica
ſm ꝯditionē ſuā exigit ꝙ viuat et
ſubſiſtat ꝑ alimētū. ſ. ṽbū dei eter
nū ſm ſe icorporeuꝫ. qͦ eſt eterna
dei ſapia. Thob. xij. Ego cibo in-
uiſibili ⁊ potu: q̄ ab hoībꝫ videri
nō pōt vtor: vt habeť Prouer. iij
⁊ Eccī. j. Lignum vite ſapia dei. ⁊
fons ſapie ṽbū dei in excelſis refi
ciens ſcꝫ angelos dei i celis. Se
cūdo mō ꝯſiderata rōnal' creatu-
ra vt eſt corpi ꝯiūcta. ſicut diſſil'is
diſſil'i. ſpūs carni. p̄cioſuꝫ vili. ſm
ꝯditionē vtriuſqꝫ nature indiget
vtroqꝫ cibo ſibi ꝯueniēti ſꝫ diſſil'i
qꝛ ſpiritus ſpūali ad modum an
geli. corpus corporali ad moduꝫ
bruti. De p̄mo pſ̄. Panē ange
lorū mādūcauit hō. j. ad Chor. x.
Pr̄es nr̄i om̄es eandē eſcā ſpūa-
lem mādūcauer̄t. Sap. ix. Si q̄s
erit ꝯſūmatꝰ inter filios hoīum ſi
abierit ab illo ſapia ſua: in nulluꝫ
cōputabiť. q. d. q̄ ſpūali cibo q̄ eſt
dei ſapia caruerit: a vita ſpūali de
ficiet. Eccī. xv. Cibauit illū p̄ae vi
te ⁊ itellectꝰ ⁊c̄. De ſcd̄o. ij. Re. xij
Pauꝑ q̄dā habebat ouiculā que
creuerat de pane eius comedens.
Eccī. xxxix. Initiū neceſſarie rei vi
te hominum lac ⁊ panis: vue et

oleū. De vtroqȝ Deut. viij. Mat. iiij. Nō in solo pane viuit homo: ſȝ in omī vbo qḋ pcedit de ore dī Aug⁹. Sicut aīa vita ē corpis: ſȝ nō viuificat illud ſine cibo corpali. ita de⁹ vita eſt aīe: ſȝ nō viuificat illā ſine cibo ſpūali. i. ſine vbo dei Et ſic hec ꝛ illa natura hoīs vt ſibi diſſilis diſſimilē cibū habuerit. ꝛ alio mō ꝛ lōge abinuicem comederūt. nec cibꝰ ſpūs ꝯgruebat corpori. nec cibꝰ corpis ſpiritui. ¶ Tertio vo mō ꝯſiderata rōnalis creatura. ſ. ſm q ille due nature. i. corp⁹ ꝛ aīa ſunt in ſingulis pſonis familiari ſocietate ꝛ miro amore: tūc erigit ad eternā ſaluationē vtriuſqȝ vn⁹ cibꝰ toti hoī. i. vtriqȝ nature ꝯueniēs ſpūalis ſit ꝛ corpalis. ſ. verbū caro factū. quē ſimul ſocialit ſb quodā ſacro commedāt. Cui⁹ vtute aīa de pñti miſeria ad vitā beatitudīs eterne perueniat. ꝛ corp⁹ p modicū tps ſeruet in terra: tandē glioſe reſurgat De h cibo Job. vj. Caro mea ve eſt cibꝰ ꝛ ſanguis me⁹ vere ē pot⁹. Caro mea. i. caro dī caro humana vnita vbo dei ve eſt cibꝰ. ſ. totius hoīs valens aīme ꝛ corpi. Ecci. j. Vn⁹ eſt altiſſim⁹ creator omniū. ipe creauit ſapiam in ſpūſancto ꝛ ſm datū ſuū pbet illā diligētibus ſe. Creauit ſapiam in ſpūſctō. i. vtute ſpūſcti creaturā carnis de vgine ſumpſit. ꝛ ſapie ſue vniuit. et ſm datū. i. liberalitatē pbet illam ſcȝ in cibū diligētibꝰ ſe. ſ. fidelibus vt pſit ſicut datū eſt corpi ꝛ aīme. De h ꝯuiuio corpis ꝛ ſpūs Eſaie xj. Vitulus ꝛ vrſus paſcent ſimul. Vitul⁹ ſignificat corp⁹ qḋ in ſacrificio dño eſt mactandum. Vrſus ſpm. q ſicut vrſus beſtijs: ſic terribilis eſſe debet beſtialibꝰ motibꝰ ꝛ moribꝰ. Hi ſimul paſcent. ſ. vero cibo. i. carne xpi vt pſit aīme et corpi. De pmo Job. vj. Qui manducat carnē meā ꝛ bibit meū ſanguinē habet vitā eternā. ſ. quo ad aīam q poſt hāc miſeriā vtute huius ſacri ad vitā pducet eternam De ſcdo ſequit. Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. qꝛ dominus eiuſdē ſacri vtute reformabit corp⁹ de puluere: configuratū corpori claritatis ſue Amen.

¶ De forma donatōis q corpus dat velatū rōne indignitatis maior ꝛ fidei bonor Sermo VII

VEnite comedite panē meuȝ ꝛc. vt a pncipio J Quō pōt hic nob dare carneȝ ſuā ad mādu cādū. Job. vj. Thema pprium ſermonis. Sacrm regis abſcōdere bonū ē. Thob. xij. Circa ſacramētū dñici corpis notanda eſt forma donatiōis. Et circa hāc tria ſunt cōſiderāda. Primū q dñs dat corpus ſuū velatum. Secundū q dat velatuȝ ſub ſpecie panis. Tertiū q dat velatum ſub ſpecie panis triticei. Primū circa formā donatiōis corpis dominici notādū q dat velatū non nudū. ſm illud Apoc. ij. Vincenti dabo māna abſconditum quaſi

cibũ celeſtē velatũ. Sꝫ quia ex h̄
humanꝰ ſenſus heſitat ⁊ miratur
cũ aliud videt̃ ⁊ aliud credi iube-
tur. Huiꝰ velaminis q̃druplex ra
tio ſapiē dei poteſt aſſignari. Pri
ma eſt indignitas malorũ. Secũ
da fides bonoꝝ. Tertia iſtructio
moꝝ. Quarta imbecillitas oĩum
De p̱mis duobꝫ pōt hic dici. et de
alijs in ſequēti. Prima rō qua
dñs dat corpꝰ ſuũ velatũ eſt indi
gnitas prauoꝝ hoĩm: q̃ exigit vt
velet̃. ſicut eger oculꝰ vt ſibi ſol et
q̄δlibet lumē tegat̃. ⁊ in h̄ benigni
us agit cũ eis miſcδia ſaluatoris
Si em̄ praui nudũ corpꝰ inſpice
rent ⁊ hoc a fidelibꝫ mãducari: ex
ip̄o aſpectu ſcãdalizarent̃. ⁊ tripli
citer male perirēt. In corde ꝑ hor
rorē. In lingua ꝑ detractionē In
aĩma ꝑ ſpũalē mortē. De primo
Joh. vj. vbi dñs dixit. Caro mea
vere eſt cibꝫ. ex h̄ multi diſcipulo-
rũ eiꝰ abierũt retrorſuꝫ q̃ſi abhor
rentes v̄ba. ſ. de hũana carne co-
medēda. Ambro. Forte diceres q̃
modo v̄a eſt caro. quō verꝰ ē ſan-
guis. q2 ſilr̄itudinē vides carnis.
Attēde v̄bis. Diſcipuli xp̄i audiē
tes ꝙ carnē ſuã daret mãducare:
recedebãt. Solꝰ aũt Petrꝰ dixit.
Dñe ad quē ibimꝰ: v̄ba vite eter-
ne habes. Ne ḡ plures ſcãdaliza-
rent̃ ⁊ ne quidã eſſet horror hũa-
ne carnis ſꝫ maneret gl̃ia redēpto
ris. Jδo ĩ ſilr̄itudine accipis ſacra
mentũ: ſꝫ vere nature gl̃iam: ꝯſeq̄
riſqꝫ virtutē. De ſcδo in eodem
vbi dñs dixit. Panis quē ego da
bo caro mea eſt ꝓ mũdi vita. Liti
gabãt ḡ iudei ad inuicē dicentes.
Quō pōt hic nobis dare carnē ſu
am ad mãducãdũ. Litigatio hec
murmur ⁊ detractio ē δ nuda mã
ducatione corꝑis xp̄i. ⁊ iō debuit
velari. Ps̄. Si is qui oderat me
ſuꝑ me magna locutꝰ fuiſſet: ab-
ſcondiſſem me forſitan ab eo. De
tertio Nume. iiij. Aaron ⁊ filij eiꝰ
intrabũt: ipſiqꝫ diſponũt oꝑa. id
eſt oꝑient ſacr̃a. Alij nulla curioſi
tate videant q̃ ſunt in ſanctuario
p̱uſq̄ꝫ inuoluant̃: alioquin mori
entur. j. Regũ. vj. ꝑcuſſit deꝰ mul
tos eo ꝙ vidiſſent archã domini
quia ſcꝫ nō licebat eis eaꝫ videre
detectã. Archa ſignificat corpꝰ xp̄i
qδ malignis ē velandũ ne ſpũali
ter moriant̃ ſi videãt nudũ. quia
cauſa ſue cecitatꝪ putarēt eſſe fan-
taſticũ. Eccĩ. iij. In pluribꝫ oꝑibꝫ
dei ne fueris curioſus. Nō eſt em̄
neceſſariũ tibi ea q̃ abſcōdita ſũt
videre oculis tuis. R Secũ
da rō qua dñs dat corpꝰ ſuũ ve-
latũ eſt fides bonoꝝ. Et hec ratio
poteſt in tria diſtingui q̃ exigunt
hec velari. ſ. fidei eſſe. veꝝ infideli
tatis p̱me remediũ. ⁊ fidei meritũ
quia dat̃ velatũ rōne bonoꝝ fidei
. Primo fidei eſſe verũ exigit vt
corpꝰ xp̄i velet̃. Heb. xj. Fides ē re
rum non apparentiũ. Ut em̄ dicit
Augꝰ. Fides eſt credere qδ nō vi
des. Nã de re quã videmus poti
us ſciam q̄ꝫ fidē habemus. j. Pe.
j. Chriſtus eſt in quē nō videntes
creditis. Secũdo infidelitatis
prime remediũ exigit vt corpꝰ xp̄i
veletur. quatenꝰ culpe infidelitatꝪ

reſpondeat modus cōgruꝰ ſatiſ-
factionis. Unde ſicut primoꝝ pa-
rentum infidelitas incepit ex au-
ditu verbi diaboli ſuadētis cibū
habentē qͦ́ammmō velatā morteꝫ
⁊ in eo ſunt ſenſus eorū vane de-
lectati Sic cōgruit vt fides ſaluā-
dorū incipiat ex auditu verbi ſal-
uatoris ſuadentis cibū habenteꝫ
verā vitā abſconditū. ⁊ in quo no-
ſtri ſenſus ſunt pie decepti. preter
auditum: vt ſcꝫ fides ſit ex auditu
noſtro. nō ex viſu vel ex alijs ſenſi-
bus. auditus autē ꝑ verbū chriſti
Hoc pulcre figuratuꝫ eſt Geneſ.
xxvij. in benedictiōe iacob vbi ſen-
ſus Iſaac decepti ſunt: putantis
ſentire eſau dū ſenſit ſimilitudinē
eius qua velatus erat Jacob. Un-
de ſciendū ꝙ in illa figura domi-
nici corꝑis quattuor erant ꝑſone
ſcꝫ Iſaac. Rebecca. Jacob ⁊ Eſau
Iſaac ⁊ Rebecca quaſi maſculuſ
⁊ femina ſignificāt duas naturaſ
in nobis. id ē corpꝰ ⁊ animā. Ma-
ſculus q̄ magis ſolet eſſe manife-
ſtus ⁊ exterioribꝫ plus intendit ſi-
gnificat naturā exteriorē homīs.
id eſt corpꝰ noſtrū cū ſenſibus ſu-
is. Femina aūt que domi reſidēs
familiā regit: ſignificat interioreꝫ
hominē. id ē fidelē animā que ſue
saluti ⁊ alioruꝫ curā regit. Jacob
bonꝰ ⁊ formoſus habitās ī taber-
naculis quē diligit Rebecca. id ē
vera fidelis aīma: ſignificat verū
corpus xp̄i. Eſau quē amat iſaac
id eſt corpus. eo ꝙ de cibo eiꝰ ve-
ſcitur: ſignificat ſubſtantiā panis
cū accidentibꝰ ſuis, ſcꝫ calore, ſa-
pore ⁊ ceteris. ¶ Dum itaqꝫ
Iſaac quaſi homo exterior. id eſt
ſacerdos benedicere debet: Eſau
recedit. id eſt ſubſtantia panis: ſꝫ
ſimilitudo Eſau. ſcilicꝫ veſtes cuꝫ
odore. pelles piloſe. cibus cuꝫ ſa-
pore. id eſt accidētia panis ſiue ſi-
militudo. ſcꝫ color ⁊ ſapor. odor
⁊ duricies manent circa Jacob. i.
circa corpus xp̄i. Unde in his oī-
bus ſenſus Iſaac. id eſt. corporiſ
noſtri falluntᷣ. Ibi enī fallitᷣ vi-
ſus Iſaac caliginoſus. id eſt debi-
litas viſus corporis noſtri. quia
putat pre oculis habere Eſau. id
eſt panē. ⁊ habet tm̄ veſtes eius. i.
ſpeciē panis. ⁊ ſub illa iacet iacob
velatus. id eſt corpus xp̄i. Ibi
fallitur olefactꝰ Iſaac. id eſt. odo-
ratus corporis noſtri quia putat
ſentire odorē Eſau. id eſt panis q̄
vere nō eſt ibi: ſed ſentit odorē ve-
ſtimentoꝝ eiꝰ. i. formarū panis q̄-
bus veſtitꝰ eſt Jacob velatꝰ. id eſt
corpꝰ xp̄i. Ibi fallitᷣ tactus iſaac
id eſt tactꝰ corꝑis noſtri. qꝛ putat
tangere Eſau. i. panē. ⁊ tāgit pelli-
culas ſimiles Eſau. id eſt ſimilitu-
dinem ſiue ſpēm panis quibꝫ ve-
latus eſt iacob. i. corpꝰ xp̄i. Sapi-
ens erat iacob iſaac ſꝫ ī iudicio co-
gnoſcēdi Eſau fallebatᷣ. Sic ho-
mo noſter exterior ī iudicio paniſ
altarꝭ: ſenſibꝫ fallitᷣ ꝑterq̄ꝫ auditu.
Unde ait. Uox quidem: vox Ja-
cob eſt. ſed manus: manus ſunt
Eſau Manus quas tango ſunt
Eſau. nihil falſius. Sed vox
quam audio dicentem. Ego ſum
Eſau: Jacob eſt. nihil verius.

Similiter ſacramētū qđ tāgo ſb/
ſtātia panis eſt: nihil falſi⁹. Sil'r
vox xpi dicētꝭ. Hoc eſt corp⁹ meū.
nihil veri⁹. Prime igit̃ infidelita/
tis remediū exigit ꝙ corp⁹ deẽ ve
latū. vt q2 ſenſus ꝑmi parētis ī ci
bo ꝑditiōis vane delectabant̃. ſen
ſus nr̃i corꝑis in cibo bn̄dictiōis
ad inſtar iſaac decipiant̃. ita tñ ꝙ
rebecca. i. aīa fidelis in fide ſua nō
fallit̃. Credidit em̄ ꝟe in bn̄dictio
ne ſacra eſſe Jacob. i. corp⁹ xp̄i ve/
latū ſilr̃itudine eſau. i. ſpecie panis
ſed omino illi nō eſſe eſau. i. ſuba
panis. M Tertio fidei meri
tū exigit vt corp⁹ xp̄i velet̃. quia vt
dicit Grego. Fides nō habet me/
ritū cui humana rō p̄bet expimē/
tū. ſp. ſufficiēs. Uelatum ḡ voluit
dn̄s dare corp⁹ ſuū. q2 in h̃ crede
re ꝟbis ſuis pl⁹ q̄3 ſenſib⁹ noſtris
magnū habet meritū. Job. vltio.
Beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt.
Hui⁹ fidei meritū ſiue fruct⁹ me/
riti triplex eſt. ſ. Spūaliū bonorū
plena copia. Tꝑaliū ſufficientia.
Eternaliū ſupefluētia. Hec orat
Rebecca. i. fidelis aīa. Jn me ſit
iſta maledictō fili mi. id eſt hec tri
plex bn̄dictio. Det tibi de⁹ đ rore
celi q̄3tū ad ꝑmū. ⁊ de pinguedīe
terre q̄3tū ad ſcđm. abundātiā fru
mēti vini ⁊ olei q̄3tu3 ad tertium.
De ꝑmo Job. vij. Qui credit ī
me: flumīa de vētre ei⁹ fluēt aque
viue. Hoc aūt dixit de ſpū quē ac
cepturi erāt credentes in eū. O ſee.
xiij. Ero q̄ſi ros: ⁊ iſrael germina/
bit ſicut liliū. De ſcđo ad Heb.
xj. Sancti ꝑ fidē adepti ſūt repro
miſſiones. ſ. tꝑaliū. Eſa. j. Si vo
lueritis ⁊ audieritis me: bona ter
re comedetis. Math. vj. Primū
querite regnū dei: recte credēdo. ⁊
iuſticiā: iuſte viuēdo. ⁊ hec om̄ia
adijcient̃ vob. De tertio. j. Pet.
j. Credētes ī xp̄m quē nō videtꝭ ex
ultabitis leticia īenarrabili ⁊ glo
rificata reportantes finē fidei vr̃e
ſalutē aīaꝝ veſtrarū. Prouerb. j.
Qui audierit me abſq3 terrore re
quieſcet ⁊ abūdantia ꝑfruet̃: ter/
rore maloꝝ ſublato. Amen.

¶ De eo ꝙ dat̃ velatū rōne inſtru
ctiōis ⁊ ratione imbecillitatis.
Sermo VIII

VEnite co/
medite ⁊c̃. Quō p̄t ⁊c̃
Sacramētū regis ⁊c̃.
N Tertia rō qua dat dn̄s cor
pus ſuū velatū: ē inſtructio moꝝ.
Job. xxviij. Trahit̃ ſapia đ occul
tis. Tria ꝟo in h̃ ſacro occultāt̃.
in q̄bꝫ mores inſtruunt̃. ſ. ꝑſona
ſaluatorꝭ. pulcritudo magne cla/
ritatis. ⁊ mirꝝ op⁹ oīpotētꝭ. De ꝑ/
mo Eſa. xlv. Uere tu es de⁹ abſcō
ditus de⁹ iſrael ſaluator. De ſcđo
Eſa. viij. Expectabo dn̄m qui ab
ſcōdit faciē ſuam. De tertio Eccl̃i.
xliij. Multa abſcōdita ſūt maio/
ra his. pauca em̄ vidim⁹ operum
ei⁹. Jn his diſcim⁹ quādoq3 tria
virtuoſe abſcōdi poſſe in nob. ſc3
noſtrā ꝑſonā. pulcritudinē corꝑa
lem. ⁊ bonorū operū intentione3.
Primū a ꝑſecutoꝝ furore. Secū
dū a ſtultoꝝ inſpectiōe. Tertium

ab hūano fauore. ¶ Primo di/
ſcat in hoc ſacramēto iuſtus abſcō
dere ꝑſonā ſuā ꝓpter tria. vt. ſ. ꝑſe
cutoris ira q̄ſcat. vt p̄ceptū a do/
mino ꝑficiat. vt glorioſiorē gloriā
acq̄rat. De p̄mo Eſa. xxvj. Uade
ꝓpl's meus. abſcondere modicū
donec ꝑtrāſeat indignatio mea. ſ.
in ꝑſecutore. q̄d multi iuſtorū le/
gūt̄ feciſſe. De ſcđo. ij. ad Corinth.
xj. Damaſci p̄poſit⁹ cuſtodiebat
ciuitatē damaſcenoꝝ vt me cōpre
hēderet ⁊ ꝑ feneſtrā in ſporta di/
miſſus ſum per murū. ⁊ ſic effugi
manus eius. Sꝫ ⁊ thobias cū eū
iuberet rex occidi: fugiēs nudus
latuit. vt. ſ. opa mīe q̄ icepat adim
pleret. De tertio. j. Regū. xxvj. Cū
fugeret dauid a facie ſaul abſcō/
ditus eſt in colle achille. i. in dn̄o.
Achille eñ interp̄tat̄ ſuſcipiēs eū
Un̄. dn̄s ſuſceptor meus. Abſcō/
ditus aūt eſt in dn̄o: vt ꝑ inclita
opa: gl'ioſa ſibi reſtaret regni co/
rona. Job. viij. Tulerūt lapides
iudei vt iacerēt in ieſum. ieſus au
tem abſcōdit ſe ⁊ exiuit de templo
¶ Secūdo diſcit iuſt⁹ pulchri
tudinē corꝑalē abſcondere ab ho
minū inſpectiōe. q2 extior pulchri
tudo ⁊ ornatus multis fuit occa
ſio caſus. Decor igit̄ corꝑalis ab/
ſcōdi debet trib⁹ modis. ꝑ habit⁹
vilitatē. ꝑ ieiunioꝝ auſteritatē. ꝑ
boni opis aſſiduitatē. De primo
Job. xvj. ſaccū ꝯſui ſuꝑ cutē meā
⁊ opui ciere carnē meā. Gen̄. xxiiij
Rebecca ꝯſpecto yſaac: tollēs pal
liū opuit ſe. j. ad Corinth. xj. Mu
lier debet habere velamē ſuꝑ ca/
put ſuū ꝓpter angelos. i. bonos
hoīes. De ſcđo ad Gal. vj. Mihi
mūdus crucifixus eſt. ⁊ ego mū/
do. q̄ſi di. vilis eſt mihi mundus
ꝓpt̄ penā ſue ſolicitudis. ⁊ ego vi/
lis mūdanis ꝓpter macerationē
mei corꝑis Aug⁹. Carnē veſtrā
domate ieiunio ⁊ abſtinētia eſce ⁊
potus q̄tū valitudo preſtauerit.
De t̄tio pſ. Tabeſcere feciſti ſic̄
araneā aīā meā. Sic̄ eñ aranea
ex ſuis viſcerib⁹ trahēs opus na/
ture: tabeſcit exinde. ſic iuſt⁹ fre/
quētans opa laborioſa ex vera ca
ritate macerat̄ ⁊ palleſcit in corꝑe
Ecci. xxxiij. Jugū ⁊ lora curuant
collū duꝝ ⁊ ſuū iclinā̄t oꝑatiōes
aſſidue. Can̄. j. Nolite me ꝯſidera
re ꝙ fuſca ſum. quia decolorauit
me ſol. Sol effect⁹ ardoris. i. op⁹
amoris formā ſui xp̄s accepit in q̄
claritatē diuītatis abſcōdit. vn̄ Eſa.
liij. Non eſt ei ſpēs neq3 decor. ⁊ q̄
ſi abſcondit⁹ vultus eius ⁊ deſpe
ctus. ¶ Tertio diſcit iuſtus
in hoc ſacramēto virtutū ⁊ bono
rū operū intētionē abſcondere ab
humano fauore Matth. xiij. Si
mile eſt regnū. i. ꝯuerſatio iuſtoꝝ
dicit gloſa. theſauro abſcōdito in
agro cordis. Greg'. Sic opus fi
at in publico quaten⁹ intētio ma
neat in occulto. vt de bono ope ꝓ
ximis p̄beamus exemplū. ⁊ tn̄ ꝑ
intentionē q̄ deo ſoli placere que/
rimus; ſemper optemus ſecretū.
Triplex vero bonū ſemꝑ debem⁹
abſcondere a fauore hominū. ſ.
elemoſinā. orationem. ⁊ ieiuniū.
De p̄mo Matth. vj. Cum facis

elemoſinam noli tuba canere an/
te te. tuba .ſ. tumoris. iactantie. et
apparentie. ſicut ypocrite faciũt: vt
honorificent ab hoibus. Amẽ di/
co vobis receperũt mercedẽ ſuaꝫ.
Te aũt faciente elemoſinã neſciat
ſiniſtra tua .i. praua intẽtio ꝗd fa/
ciat dextera .i. pura dilectio. vt ſit
elemoſina tua in abſtõdito pie in
tentionis ⁊ pater tuus ꝗ videt in
abſcõdito. reddet tibi. De ſecũdo
Matth. vj. Et cũ oraueris intra
in cubiculũ tuũ .i. ſecretũ mentis.
⁊ clauſo oſtio cum auditu cordiſ
ora patrẽ tuũ in abſcondito attẽ/
tionis. ⁊ reddet tibi. De tertio. Et
cum ieiunas vnge caput tuũ .i. re
fice xp̃m opibus miſericordie q̃d
tibi ſubtrahis: mẽbris eius pau/
ꝑibus offerẽdo. ⁊ faciẽ tuam laua
p ctã cordis ⁊ ſenſuuꝫ lachrymis
penitẽtie purgando: ne videaris
hoibuſ ieiunãs ſed patri tuo qui
eſt ĩ abſcõdito ⁊ reddet tibi. ❡ X
datur velatũ rõne imbecillitatis
⁊c̃. Q Quarta ratio qua do/
minus corpus ſuũ dat velatum:
eſt ĩbecillitas oĩm ꝗ hoc exigebat
Nam claritatẽ huius glorioſi cor
poris nullus poſſet ferre. morta/
lis hoĩs oculus niſi velatam. Q̃d
ꝓbatur tribus modis. A figura
legali. Ab accidẽte maternali. Et
ratione naturali. Primo ꝓbat
h̃ a figura legali. Exo. xxxiiij. Ui/
dentes filij iſrl' ex ꝯſortio ſermo/
nis dei cornutã faciẽ moyſi timu/
erũt ꝓpe accedere. vñ poſuit vela/
men ſuꝑ faciẽ ſuam. qñ loquebat
ad eos. Facieſ cm̃ moyſi tam ma
gnam ꝯcepit radioſitatẽ ex frequẽ
ti ⁊ familiari appropinq̃tione ad
diuinũ lumen ꝙ videbat huma/
nis oculis q̃ſi cornuta. vñ nõ po
tuerũt claritatẽ vultus eius ſuſti
nere niſi velatã. Sic nimirũ imo
multo magis corpus in reſurre/
ctione eius glorificatũ ⁊ ſpũale ⁊
deiforme factũ: nullus põt inſpi
cere mortalis hois oculꝰ niſi alia
ſpecie velatũ. Secũdo ꝓbatur
hoc ex eo ꝙ accidit matri dei ma/
rie. q̃ nõ potuit ſuſtinere claritatẽ
⁊ gloriã pñtie filij dei. niſi eſſet ob
umbrata. Carne aũt virginis ve/
lata maieſtas oꝑe ſpũſſcti: facta
eſt poſſibilis ferri a virgine. ⁊ etiã
a nobis videri. vñ verbũ caro fa/
ctũ eſt. ⁊ vidimus gl'iam eius ⁊c̃.
Sed carne illa poſt paſſionẽ per
reſurrectionẽ glorificata. ⁊ ad ſili/
tudinem dei glorificata. ſm illud
Joh. xvij. Clarifica me pat ea cla
ritate quã habui anteq̃ꝫ mũdꝰ fie
ret. facta eſt impoſſibilis ab ocu/
lis mortaliũ in ꝓpria forma nuda
videri niſi eſſet velata aliq̃ ſpecie
viſibili Eccĩ. xj Mirabilia oꝑa al
tiſſimi ſolius. ⁊ gl'ioſa ⁊ abſconſa
⁊ inuiſa. Exo. xxxiij. Non videbit
me hõ ⁊ viuet in ꝓpria ſpecie. j. ad
Corinth. xiij. Uidemus nũc ꝑ ſpe
culũ .ſ. rõnis. ⁊ ĩ enigmate .i. figu/
ra panis. R Tertio ꝓbatur
idem rõne naturali que eſt nimia
diſſimilitudo [illegible]uli noſtri ad cla/
ritatem luminis corꝑis xp̃i. Ocu
lus enim noſter anguſtus eger ⁊
corruptibilis eſt. Illius vero cla/
ritas ĩcorruptibilis ⁊ quodãmõ

immenſa. quia vt dictū eſt: deifor
mis hec eſt rō viſibilitatis omnis
luminis: ſimilitudo aliqua vidē
tis ad lumē. ⁊ q̄nto maior ſimili/
tudo ad lumē maximū: tanto ſa/
pidior eſt ⁊ dulcior viſio. Hinc ē
q̄ ſanus ocul⁹ aliquaten⁹ videre
poteſt nudū corp⁹ ſolis ⁊ nō cor/
pus xp̄i. q2 cū illo habet aliquam
ſimilitudinē luminis ⁊ corruptibi/
litatis quā nō habet cū corpe xp̄i
Niſi em̄ ocul⁹ ex aliqua pte lumi
ni celeſti ſil'is eſſet: nequaq̄ȝ illud
videre poſſet. ſicut nec aurꝭ nec di
gitus nec etiā ocul⁹ cecus ꝓpter ni
miā diſſimilitudinē. Quia igitur
ob noſtrā imbecillitatē ⁊ corporis
xp̄i nimiā claritatē: nequs illud i
hac vita videre nudū: teneam⁹ ḡ/
tanter ex ſua bonitate inuolutuȝ:
donec reformabit corp⁹ humilita
tis noſtre cōfiguratū corpi clari/
tatis ſue. ⁊ ſic p illā claritatē ma/
gnificā ⁊ vſq ad incorruptiōȝ ro
boratā poſſim⁹ videre dulcꝫ ad
oculū dn̄ici corpis claritatē. Luc
xj. Si ocul⁹ tu⁹ ſimplex fuerit. id
eſt intētio cordis pura totū corp⁹
lucidū erit ad videndū. ſ. claritatē
xp̄i. j. Joh. iij. Scimus cū appa/
ruerit quia ſil'es ei erim⁹. quoniā
videbim⁹ eū ſicuti eſt. Bern̄. Di/
gnuȝ quidē videꝫ p ſupiores ocu
lorū feneſtras veritatē intrare de/
bere ad aīam. Sed hoc nobis o
anima ſeruaꝫ in poſterū cū vide/
bimus facie ad facieȝ. ⁊ hec viſio
erit nobis in vita eterna Amen.

### De forma donationis qua datur ſub ſpecie panis.

Sermo IX

Venite co
v medite ⁊c. Itē alia vt
iam ſupra. Thema ꝓ
prium Cibauit illū pane vite. id ē
corpe xp̄i ⁊ itellect⁹. Eccī. xv. vl'ali
ud de pane. ¶ Circa formā
donatōis dn̄ici corpis ꝯſideran/
dū eſt q̄ dn̄s dat illud velatū ſub
ſpecie panis ſ̄m illō Accepit ieſus
panē ⁊ bn̄dixit ⁊ ait. Hoc eſt cor/
pus meū. Ad tactū ⁊ ad v̄ba crea
toris int⁹ erat corp⁹ ſaluatoris. ⁊
foris mā ſit ſpēs panis. Dn̄s dat
corp⁹ ſuuȝ ſub ſpē panis triplici
rōne. Primo ꝓpꝫ collatā ſibi p̄ ce
teris cibis abilitatē. Scd̄o ꝓpꝫ fa
ciendā ſignificatōis ſue cognitōȝ
Tertio ꝓpꝫ rex ibi ſignificatā ꝑ ſi
militudinē. Vl'aliter. vt p̄ma rō ⁊
mag̃ ps tertie obmittaꝫ. Et dicaꝫ
ſic. Dn̄s dat corp⁹ ſuū ſb ſpē pāis
ꝓpꝫ tria. Priō ꝓpꝫ faciēdā ſignifi
catōnis ſue cognitōȝ. ꝓpꝫ nr̄e ꝑpa
tiōis inſtructōȝ. ꝓpꝫ ſui effect⁹ ſili/
tudinē Primū poniꝫ h̄ ſcd̄o loco
Scd̄m infra ſ̄mōe. xv. circa fineȝ.
Tertiū in h̄ ſ̄mōe circa finē Pri
mo dat corp⁹ ſuū ſub ſpē panis
ꝓpꝫ collatā ſibi p̄ ceterꝭ cibis abili
tatē. Sub nulla eī alia ſpē cibi tā
reſpectu miſtrātiū q̄ȝ accipiētium
poſſit apti⁹ exhiberi. Et h̄ triplici
ꝯſideratōe. ſ. q̄ȝtū ad iuētōȝ ⁊ q̄ȝtū
ad āmiſtratōȝ ⁊ q̄ȝtū ad ꝯſuatōȝ
Primo q̄ȝtū ad iuētōȝ abilior eſt
ſpēs panis. q2 om̄i loco om̄i tem
pore facil⁹ inueniꝫ q̄ȝ alius cib⁹.

Item q̄ʒtū ad amminiſtrationeʒ abilior eſt: qꝛ mūdius ⁊ honeſtiꝰ tractari poteſt in altari meliꝰ diuidi: ꝯuenientius a ſanis ⁊ infirmis ſumi q̄ʒ alius cibꝰ. Itē q̄ʒtū ad cōſeruationē abilior eſt: qꝛ ſi debʒ leuari. ſi portari. ſi cuſtodiri: cōmodius fit ſub ſpecie panis q̄ʒ alterius cibi. Pſ. Iurauit dn̄s ⁊ non penitebit eū: tu es ſacerdos ī eternū ſm ordinē melchiſedech. Qui ſcʒ nec oues nec capras obtulit ſʒ panē ⁊ vinū. ❡ Secūdo dat dn̄s corpꝰ ſuū ſub ſpecie panis ꝓpter faciendā ſignificatōis ſue cognitionem ⁊ fidem. Sacramētuʒ eñ noue legis ē ideo ſacre ⁊ ſecrete rei ſignuʒ ꝙ ſuggerit nobis rei quā ſignificat cognitionē ⁊ fideʒ. Augꝰ. Signū eſt res ꝑter ſpecieʒ quā ingiter ſenſibꝰ: aliqd aliud ex ſe faciēs in agnitionē venire. Signoꝝ aūt tria ſunt genera. naturale. ſacramētale. ⁊ artificiale. Signū naturale ſm naturā ſignificat: vt fumꝰ ſignificat ignem. Rubor celi veſpertinꝰ ſignificat futurā ſerenitatē. Matthei. xvj. Facto veſpere: dicitis ſerenū erit. rubicūdum eſt eñ celū. Signū artificiale ſm impoſitionē hoīs ſignificat Et hoc eſt duplex. Aliud eñ non cōtinet qδ ſignificat: vt arcꝰ triumphalis ⁊ circulus vini. Aliud cōtinet qδ ſignificat. vt puluinar ſignificat plumas ⁊ ꝯtinet eas. paſtillū ſignificat carnes: ⁊ continet eas. Signa ſacramētalia ſm impoſitionē dei ſignificāt. Et ſunt ſimiliter duplicia. Alia eñ nō ꝯtinent quod ſignificāt: vt ſacramēta legalia. ſicut ſerpēs eneꝰ erectꝰ in heremo ſignificabat quidē ſaluatoreʒ ſed nō ꝯtinebat eū. ſicut circulus añ domuʒ ſuſpēſus ſignificat vinū qδ tñ nō eſt in illo ꝯtentū. Numeri. xxj. Fecit moyſes ſerpētē eneum ⁊ poſuit eū in ſigno. quē ꝑcuſſi aſpiciētes ſanabanť Sapie. xvj Signū habētes ſalutis nō ꝑ hoc qδ videbāt ſanabanť: ſʒ ꝑ te oīm ſaluatorē. Silr̄ agnꝰ paſchalis ⁊ circūciſio ſignificabāt rē ſacrā ſed nō cōtinebāt qꝛ ſm ſe nō iuſtificabāt. ad Roma. iij. Ex opibꝰ legis nō iuſtificabiť omis caro corā illo. Itē alia ſunt ſigna ſacramētalia. que etiā ſm impoſitionē dei ſignificāt. ſed ꝯtinēt que ſignificāt: vt ſacramēta euāgelica. ſicͅ baptiſmus ⁊ euchariſtia. Hugo. Sacramētū euangelicū eſt materiale elemētū foris ſenſibiliter ꝓpoſitū. ex ſimilitudine repſentās. ⁊ ex inſtitutiōe ſignificās. ⁊ ex ſanctificatione cōtinēs aliquā grām ſpūalem. Baptiſmꝰ ſignificat aīe purificationē ⁊ ꝯtinet eā: qꝛ efficit qδ figurat. ſ. pctōꝝ remiſſionē. Actu. ij Baptizeť vnuſqſqʒ veſtꝝ in noīe ieſu xp̄i ī remiſſionē pctōꝝ. Silr̄ ſacr̄m altarꝭ ſignificat corpꝰ dn̄i ⁊ ꝟe ꝯtinet illud. qꝛ poſt ꝯſecratiōʒ panis ſub ſpecie eiꝰ. i. ſub ſigno illo. ſ. panis. qδ deꝰ poſuit ad ſignificādū corpꝰ dn̄i: totꝰ eſt xp̄s. ſicut ſub ſigno poſitiuo hoīs. ſ. ī paſtillo ſūt occulte carnes. Matt. xxvj Accepit ieſus panē ⁊ bn̄dixit ⁊ ait Hoc eſt corpꝰ meū. ſignatum ſcʒ

ſpecie panis Joh.vj. Filius hoīs dabit vobis cibū q̄ ꝑmanet in vitam eternā.igit̄ ſi cū video ſignuȝ poſitiuū hoīs vt paſtillū.ꝛ credo ibi ſub tenui pane eē carnes. multo magis cū video ſignū poſitiuū dei.vt ſacr̄m altarꝭ.credere debeo ibi ſub ſpecie panis eſſe abſconditū verū corpus ſaluatoris. Pſ. Quā magna multitudo dulcedinis tue ꝛc. ¶ Tertio dat corpus ſuū ſub ſpē panis ꝓpter rerū ibi ſignificatarū ſilr̄itudinē. Tres em̄ res ibi ſignant̄.quarū ſpēs illa panis eſt ibi ſacr̄m.i.ſacrum ſignū.expꝛeſſam habēs in ſe illarum ſilr̄itudinem. Prima res ibi ſignificata eſt naturale corpus dn̄i.qđ ibi ꝯtinet̄. Scđa res eſt corpꝰ eiꝰ myſticū.ſ.eccl'ia.qđ ibi ſignatur ꝛ nō ꝯtinet̄. Tertia res eſt effectus ſacri in aīa fideli. Primo ſpēs panis prime rei ibi ſignate.i.veri corpis xp̄i habet ſilr̄itudinē nō ratione ſubiecti qđ habuit ante ꝯſecrationē.i.panis q̄ ꝓus fuit. Sic em̄ ex pluribꝫ ꝛ puris granis panis ꝑficit̄. ſic corpꝰ xp̄i ex pluribꝫ mēbris puris ꝛ īmaculatꝭ ꝯſiſtit Can̄.vij. Venter tuus ſic aceruus tritici vallatꝰ lilijs. Exo.xxv. Archam de lignis ſethym cōpingite Gloſa. Archa ſignificat corpus xp̄i.hoc fit de ligno ſethym īputribilibꝫ.qꝛ corpus xp̄i ꝯſtat ex mēbris puriſſimis. ꝛ ab omni vicio mūdis. Scđo ſpēs panis ſcđe rei ibi ſignate tenet ſilr̄itudinē myſtici corpis xp̄i.ſ.eccl'ie q̄ eſt vnitaſ fideliū Sicut em̄ ex multis ḡnis puris ꝯficit̄ vnꝰ panis.ſic ex multis fideliū ꝑſonis a culpa mortali mūdis ꝛ vinculo caritatis vnitis eccl'iaſtica vnitas ꝯſiſtit.j.ad Corinth.x. Unus panis ꝛ vnum corpꝰ multi ſumꝰ. Hic ſciendū ꝙ in pane triplex vnio attēdit̄ ꝑ quā triplex frat̄nitas ſiue cauſa ꝛ vinculū amoris qđ inter fideles eſſe debet figuratur. Primo grana nobilia ꝛ ſibi ſimilia colliguntur.

Secundo farina conſpergitur per aquam ꝛ paſta cōficit̄. Tertio vt ſolidꝰ fiat panis paſta igne decoquit̄. Primū.ſ.grana collecta ſignificat vnionē ꝛ amorē naturalē.qꝛ oēs de vno ꝛ ꝑmo parēte ſumus nati. Scđm.ſ.paſta.q̄ eſt farina aqua ꝑfuſa ſacramētalē qꝛ vno ſacro baptiſmate ſumꝰ regenerati. Tertiū.ſ.ignis ꝑ quē fit panis ſolidatꝰ ſpūalē.qꝛ vno ſpū ſctō ad vnā xp̄ianā religionē congregati. De ꝑmo Gen̄.xlij. Deſcenderūt frēs ioſeph vt emeren frumēta in egypto.q̄ſi di.hūiliauerūt ſe fideles vt amorē naturalē oīȝ hominū acqrerēt. Eccl'i.xiij. Omē aīal diligit ſibi ſilr̄. ꝛ oīs hō ꝓximū ſibi. De ſcđo.j.ad Corinth.v. Sitis noua ꝯſpſio ſicut eſtis azimi.i.vnū q̄d ꝑ dilectionē ſacralez prima. Joh.iiij. Hoc mandatuȝ habemꝰ a deo.vt q̄ diligit deū: diligat ꝛ fratrē ſuū. De tertio Exo.xij. Coxerūt farinā ꝯſperſam ꝛ fecerūt paneſ.i.ꝑfecerūt vſqꝫ ad dilectionem ſpūalem. Joh.xv. Hoc eſt preceptū meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Augꝰ. Nā

autem carnalis: ſed ſpiritualis de
bet eſſe inter vos dilectio. Ter-
tio ſpecies panis ſm ꝙ erat pa-
nis habet in ſe ſilitudinē tertie rei
ibi ſignate. i. effectus ſacramenti
in aīa fideli. Sicut em̄ panis tria
facit. ſ. ꝯfortat. ſatiat. vitā ꝯſeruat.
ſic panis ſacramētalis aīam fide
lem ꝯfortat ad pctm̄ dimittendū.
Satiat ad faſtidiū mūdi facien-
dū Et vitā ad deū ſemꝑ laudādū
ꝯſeruat. De p̄mo ps̄. Panis cor
dis ꝯfirmet. ad omne vicium. ſ.
deuincendū. vñ. Diligam te dñe
fortitudo mea. q̇. ſ. p̄cinxiſti me
virtute ad bellū. ad ſupplantādū
inſurgētes in me ſubtus me. De
ſcd̄o ps̄. Pane celi ſaturauit eos
ad mūdi. ſ. faſtidium faciendum.
Prouerb. xxvij. Anima ſaturata
calcauit fauū. De t̄tio Eccī. xxxiiij
Panis egentiū vita paupꝛis eſt.
ad deū ſemꝑ laudādū. Ps̄. Lau
da aīa mea dñm ꝛc. ij. Paralip̄.
in fine. Laudabo te dñe ſēꝑ oīb9
diebus vite mee. qm̄ te laudat om
nis virtus celoꝝ. Laudemus ita
qꝫ ꝛ nos deū cū bonis in pn̄ti vi-
ta: vt poſt ipſius curſuꝫ: ip̄m ſem
per laudare mereamur in eterna
beatitudine Amen.

¶ Sequit̄ de forma donationis
qua dat̄ ſub ſpecie panis triticei.
Sermo. X.

VEnite co-
medite. vt iā ſupra. X
Thema ꝓpriū. Côuer-
tent̄ ꝛ viuēt tritico Oſee. xiiij. Vel
aliud de frumēto vel tritico. Cir
ca formā donationis corꝑis dñi
conſiderādū eſt ꝙ dñs dat illud
ſub ſpecie panis triticei ꝛ non al-
terius. Et hoc ꝓpter tria. Primo
ꝓpt̄ hui9 gn̄i p̄ ceterꝫ naturalē nobi
litatē. Secundo ꝑ fideliū diſcretā
in eo ſignificationē. Tertio ꝓpter
corꝑis ſui expreſſam in eo ſimili-
tudineꝫ. Primo dat dñs cor-
pus ſuū ſub ſpecie panis triticei.
ꝓpter huius grani p̄ ceteris natu-
ralem nobilitatē. qd̄ ꝓbatur a tri-
bus. qꝛ. ſ. hoc granū eſt puriſſimū
qꝛ ad panē cōmuniſſimū. ꝛ quia
quo ad panē maxime nutritiuū.

Primo granū tritici eſt puriſſi
mū. qꝛ hec ſpecies ſola inter alias
attingit complementū. i. ſūmā pu
ritatem. Nam vt dicunt alchimi-
ci aurifices. in ſpeciebus q̇buſdā
licet multe ſpecies eſſe videntur:
tm̄ vna eſt q̄ attingit cōplementū
ꝛ alie ſunt differētes ab ea quadā
egritudine ſicut pꝫ de auro Et iō
omne metallū purgatiōe materie
in aurū dicunt tranſmutari. Sic
etiā videmus de granis. ꝙ boni
tate terre purgat̄ ſiligo. ꝛ in triticū
nobilitat̄. Et ideo ſimpl'r ꝛ abſo-
lute panis triticeus eſt panis: ꝓpt̄
excellentē puritatis ſue nobilitatē

Secūdo granum tritici eſt ad
panem cōmuniſſimū. qd̄ cōpetit
ſanis ꝛ infirmis. imo omni ani-
mali panem comedēti. vt patet in
auibus. in colūbis. ꝛ beſtijs. in ca
tulis. quibus placet magis pa-
nis triticeus qꝫ alius. ꝛ libentius
eo veſcuntur. Et ideo panis triti-

ctus vere eſt panis ꝓpter cōmuniſ cōueniētie nobilitatē. Tertio grānum tritici eſt quo ad panē maxime nutritiuū. quia puritate naturali ꝛ cōpetibilitate cōmuni ꝛ viſcoſitate ſui: maxime mēbris adheret nutrimētū exinde ſumptuȝ ꝛ quo ad h̄ maxime iſta nutrit et cōfortat. ꝛ ſic panis triticeꝰ ỽe eſt panis. ꝛ granū eius p̄cipue ē nobilitatis. Et hac rōne cōgruuȝ eſt vt nobiliſſimū corpꝰ panis filioꝝ dei det filijs ſub ſpē nobiliſſimi panis. ſ. triticei. ⁋ Scdo dat dñſ corpꝰ ſuū ſub ſpecie panis triticei ꝓpter fideliū diſcretā in eo ſignificatiōem. Sicut em̄ triticum ſm triplicē ſtatū habet ꝯſiderari. ſic fideliū vniuerſitas ī tres ſtatꝰ ſolet diſtingui. Triticū em̄ ꝯſideratᷣ vl' ſm ꝙ ſtat in agro vl' ſm ꝙ grana ſepantᷣ a paleis. vl' ſm ꝙ grāna iā purgata locantᷣ in grānarijs. Sil'r inter fideles tres differentie ſūt. ſ. incipiētiū. ꝓficiētiū ꝛ ꝑfectoꝝ. Primi ſignātᷣ ꝑ triticū ſtās ī agro Secūdi ꝑ grana purgata q̄ purgantᷣ a paleis. Tertij ꝑ grana purgata q̄ locantᷣ in granarijs. Primi deſiderāt oportunā rigationē id eſt p̄dicationē p̄dicatoꝝ. Scdi frequentē purgationē peccatoruȝ Tertij eternā requiē beatoꝝ. De p̄mo Job. xxxvij. Frumentū deſiderat nubes: ꝛ nubes ſpargūt lumē ſuū que illuſtrāt cūcta per circūitum. Grego. Electi ſunt frumentum dei celeſtibꝫ horreis recōdendi. Frumentuȝ nubes deſiderat. quia electus quiſq; p̄ſentiā ſanctorum p̄dicatorū exoptat. Nubes lumen ſpargūt. quia p̄dicatores ſancti exēpla vite ꝛ bñ agendo ꝛ loquēdo dilatāt. Nubes autem cūcta per circūitū illuſtrāt. qꝛ p̄dicatores luce ſanctitatis mūdi fines illuminānt. De ſecundo Judicū. vj. Cū gedeō excuteret ꝛ purgaret frumēta in torculari vt fugeret Madian: apparuit ei angelus dñi. Gedeon electū quemlibȝ ſignificat qui ſub vmbra ſctē crucis rectitudine iudicij confeſſiōis quaſi virga cor ſuū a viciorū paleis ſequeſtrat. huic angelus apparet. quia ꝓ tā pio opere celeſtis cōſolatio eū et diuina ꝯtra demonum temptatiōes ꝯfortat. Ecci. ij Qui timent deū p̄parabāt corda ſua. ꝛ in cōſpectu illius ſanctificabant aīmas ſuas. De tertio Job v. Increpationē dñi ne reprobes ꝛ ingredieris in abūdantia ſepulcrum. i. locū in regno celoꝝ tibi p̄paratū. ſicut infertᷣ aceruꝰ tritici in tp̄e ſuo. i. cetera multitudo btōrū Lu. iij. Uenit fortior me poſt me. cuiꝰ vētilabꝝ ī manu ſua ꝛ ꝑmūdabit areā ſuā ꝛ ꝯgregabit triticū in horreū ſuū. paleas aūt comburet igni inextinguibili ⁋ Tertio dat dominꝰ corpꝰ ſuū ſub ſpecie panis triticei propter corporiſ ſui exp̄ſſam ſimilitudinē. Triticū em̄ poteſt alijs tribꝫ modis ꝯſiderari. ſ. vt iacens ī aceruo. vt cadēs in agro. vt in panis complemēto Penes primū moduȝ ſignificat corpꝰ xp̄i vt ī ỽgie ꝯceptū. Penes ſecundū vt ꝑ nob ī mūdo paſſū.

Penes tertiū vt in celo glĩficatuz.
In pmo mr̄ xp̄i maria multū ho/
norat̄. In ſcđo pctōr liberat̄. In
tertio de beatꝫ delectat̄. De primo
Cañ. vij. Uēter tu⁹ ſic̄ aceru⁹ triti/
ci vallat⁹ lilijs. Uēter ē corp⁹ bea/
te ꝟginis. Lu. xj. Beat⁹ vēter q̇ te
portauit. Aceru⁹ tritici mūda mē
bra xp̄i ac ꝯſeruata ĩ vtero ꝟgina
li Lilia decor oĩmode caſtitatꝫ q̊
ornant̄ mēbra ⁊ ſenſus btē ꝟgis.
De ſcđo Joh. xij. Niſi granū fru
mēti cadēs in terrā mortuū fuerit
ip̄m ſolū manet. ſi aūt mortuū fu
erit multū fructū affert. Chriſt⁹ eĩ
ꝑ mortē ſuā hūanū gen⁹ de morte
et̃na liberauit. ad Ro. v. Cōmen/
dat ſuā charitatē in nob̄ de⁹. qm̄
cū adhuc pctōres eſſem⁹ xp̄s pro
nob̄ mortu⁹ ē. Ex h̄ ꝙ dñs ſe dic̄
granū frumēti habꝫ eccl̃ia ꝙ ſub
illa panis ſpē. ſ. tritici ꝯſecrat cor/
pus dñi De tertio Zach. ix. Quid
bonū ei⁹ eſt. ⁊ q̇d pulcrū eius. ni/
ſi frumētū electoꝝ. q. d. panis pul
cerrim⁹ ⁊ dulciſſim⁹ ⁊ nobiliſſim⁹
corꝑis xp̄i in gl̃ia btōꝝ Hinc ſci
endū ꝙ beati habebāt in h̄ triplex
bonū. Oĩm deliciaꝝ p̄parationeꝫ
Oĩm deſiderioꝝ ĩpletionē. Oīum
bonoꝝ ſecurā ⁊ eternā fruitioneꝫ.
De pmo Gen. xlix. Aſer pinguis
panis ei⁹ ⁊ p̄bebit delicias regib⁹
pſ̄. Paraſti ĩ dulcedine tua pau.
de⁹. Sap. xvj. Paratū panē de ce
lo p̄ſtitiſti eis ſine labore om̄e de/
lectamētū in ſe habentē ⁊ om̄is ſa
poris ſuauitatē. j. ad Cho. ij. Ocu
lus nō vidit. nec aurꝫ audiuit. nec
in cor hoīs aſcēdit q̄ p̄ꝑauit deus
diligētib⁹ ſe. De ſcđo pſ. Lauda
hierl̃m dñm. qui poſuit fines tu/
os pacē ⁊c̄. Itē. Bñdic aĩma mea
dñm. q̇ replet ĩ bonis deſiderium
tuū. Hiere. xxxj. Inebriabo aĩam
ſacerdotū pinguedĩe⁊ popul⁹ me
us bonis meis adimplebit̄. Sa/
piētie. xvj. Subam tuā ⁊ dulcedi
nē tuā quā in filios habes oñde/
bas: ⁊ deſeruiēs vniuſcuiuſqꝫ vo
lūtati ad qđ q̇ſqꝫ volebat ꝯuerte/
bat̄. De tertio Luc̄. xiiij. Beat⁹ q̇
māducabit panē in regno dei. ſ. ꝑ
oĩm bonoꝝ ſecurā ſine fine fruiti
onē. Eſa. lxij. Jurauit dñs ĩ dexte
ra ſua: ſi dedero triticū vltra cibū
inimicis tuis. ⁊ ſi biberint filij ali
eni vinū tuū in q̊ laboraſti. Quia
q̇ ꝯgregāt illud comedēt. ⁊ qui cō
portāt illđ bibēt ĩ atrijs ſctis me/
is. Sꝫ hic comedūt ⁊ bibūt mali
cū bonis. ibi erūt mali ſub eterno
interdicto. ⁊ boni in ſecreto et eter
no xp̄i ꝯuiuio. Pſ̄. Adimplebis
me leticia cū vultu tuo: delectatio
nes in dextera tua vſqꝫ ĩ finē Amē

Sequit̄ de trib⁹ mirabilibus ĩ
ꝯſecratiōe corꝑis xp̄i Ser. XI

Venite co/
medite ⁊c̄. Thema ꝑ/
priū. Mirabilia oꝑa
tua dñe: ⁊ aĩa mea cognoſcet ni/
mis. Pſ̄. Ul̄ aliud ſil̄e de mira/
bilib⁹ oꝑib⁹ dei vl̄ ſignis. A
Circa ſacr̄m dñici corꝑis notā
da ſunt diuine oꝑatōis mirabilia
tāq̄ꝫ ſigna mirabilia diuine ꝟtu/
tis. Nec aūt ſigna mirabilia cōſi/

derāda sunt in trib⁹. Primo ī do
minici corpis ꝯsecratōe. Scōo in
eiusdē possessiōe Tertio in pcepti
one. Primo em̄ corp⁹ dñi ꝯsecra/
mus. scōo possidem⁹. tertio pcipi
mus. Primo ī cōsecratiōe dñici
corpis ꝯsiderāda sꝫ ꝛ credēda tria
mirabilia signa diuīe opationis.
Primū est ꝙ ibi sub specie panis
est veruꝫ corp⁹ xp̄i. Scōm ꝙ tota
suba panis mutaꝛ in corpus dñi
Tertiuꝫ est ꝙ tota suba panis sic
mutaꝛ in corp⁹ xp̄i ꝙ manēt pāis
accidentia. s. color. sapor. ꝛ odor.
Primū est mirabile. Scōm mi/
rabili⁹. Tertiū mirabilissimū. De
pmis duob⁹ pōt hic dici. ꝛ de ter/
tio in sequēti. Primū mirabile si/
gnū in ꝯsecratiōe sacri altaris ē ꝙ
ibi sub spē panis ē veꝝ corp⁹ xp̄i
qō de ꝟgine sumpsit p supnatu/
ralē spūsscti opationē. Et h̄ pbaꝛ
trib⁹ modis. Primo testimonio
fidedignoꝝ Scōo rōne signoruꝫ
positiuoꝝ. Tertio demōstratione
miraculoꝝ. Primo pbaꝛ pmuꝫ
mirabile testimonio fidedignoꝝ
ꝭm ꝙ lex dic̄ Deuꝛ. xix. In ore du
orum vl̄ triū testiū stabit oē ꝟbū.
Audianꝛ igiꝛ testes veraces: ido/
nei ꝛ sufficiētes. Aug⁹. Accedit ꝟ/
bum ad elemētū ꝛ fit sacramētuꝫ.
hoc est dei ꝟbū a xp̄o institutū p
ferꝛ sup panem. ꝛ mox fit sacrū se/
cretū. s. corp⁹ saluatoris sub specie
panis. Itē Aug⁹. Hoc est qō om
nib⁹ modis pbare intēdim⁹ circa
sacrificiū eccīe illō ī duob⁹ ꝯstare
videlicꝫ ī visibili elemētoꝝ specie.
ꝛ inuisibili carne xp̄i ꝛ sanguīe. si/
cut psona xp̄i ꝯstat ex deo ꝛ hoīe.
Amb. Panē istū quē sumim⁹ in
mysterio vtiqꝫ illū intelligimus q̇
manu spūsscti format⁹ est ī vtero
ꝟginis. ꝛ igne passionis ī ara cru
cis decoct⁹. Panis em̄ angelorū
fact⁹ est cib⁹ hoīum. Grego. Ma
gnū atqꝫ pauēdū est mysteriū. qꝛ
aliud videꝛ ꝛ aliud intelligiꝛ. Fi/
gura panis ꝛ vini videꝛ. ꝛ faciēte
dño corp⁹ ꝛ sanguis crediꝛ. Euse
bius. Vere vnica ꝛ pfecta ecclesie
hostia fide estimāda: nō spē neqꝫ
exteriori censenda visu Vñ celestꝫ
auctor idē cōfirmat dicēs. Accipi/
te ꝛ comedite: h̄ est corp⁹ meū. Re
cedat igiꝛ om̄e infidelitatꝫ ambi/
guū. qꝛ q̇dē q̇ auctor est muneris
ip̄e est etiā testis veritatis. B
Scōo pbaꝛ idē rōne signoruꝫ
positiuoꝝ. Rō aūt eoꝝ ē rē ita eē
vt signatū est. Est aūt tale signuꝫ
duplex. s. hoīs ꝛ dei. Hoīs artifi/
ciale. dei sacramētale. Signū po/
sitiuū hoīs ꝭm impositōꝫ hoīs si
gnificat. Et est duplex. Naꝫ aliud
nō ꝯtinet qō significat: vt circulus
vini. Aliud ꝯtinet qō significat vt
pastillū qō significat carnes ꝛ ꝯti
net carnes int⁹ abscōditas. Simi
liter signū positiuū dei qō est ī sa/
cramentis ꝭm impositionē dei si/
gnificat. Et ē etiā duplex. Nā aliō
nō ꝯtinet qō significat vt sacra le/
galia. q̄ nō efficiūt qō figurant. vt
agn⁹ pascal̄ ꝛ silia. Aliud ꝟo ꝯti/
net qō significat. vt sacra euāgeli/
ca. vt eucharistia. significat em̄ ꝭm
ipositionē dei rē sacrā. s. corp⁹ dñi
ꝛ ꝟe ꝯtinet illō. Vñ. Accepit iesus

panē ⁊ bn̄dixit ⁊ ait. Hoc ē corp⁹
meū. ſignū māſit forſ. ſ. ſpecies pa
nis. ⁊ int⁹ erat corpus ſaluatoris.
Eccl. xxxvi Innoua ſigna ⁊ īmuta
mirabilia. qſi diceret. q2 vetera ſig
nō ɔtinebāt grām quā ſignifica-
bāt: fac noua q̄ ɔtineāt qḋ ſignāt.
Aug⁹. Jō dicūt ſacra qſi ſacre rei
ſigna. q2 in eis aliud videt aliud ī
telligit. Qḋ videt ſpēm habet cor
poralē. qḋ intelligit fructū habet
ſpūalem. In ſpecie em̄ panis ⁊ vi
ni quā videm⁹: res inuiſibiles ſcȝ
carnē xp̄i ⁊ ſanguinē honoram⁹.
De h̄ ſupra ſmōe nono circa me-
dium. ¶ Tertio pbat idē de
monſtratiōe miraculoꝝ. Exo. xxx
iiij. Signa faciā q̄ nūq̄ ſunt viſa.
opus dn̄i terribile. Athanaſi⁹ dic
Nemo q̄ ſanctas vitates ⁊ exem-
pla legit ignorat q ſepe corporis
xp̄i ⁊ ſanguis ſacrm aut ſp dubi-
os aut certe ordinās amātes: viſi
bili ſpecie ī agni vel pueri forma:
aut ī carnis ⁊ ſanguis colore mō-
ſtratū ſit. vt qḋ latebat ī myſterio
pateſieret in miraculo. Beato em̄
Baſilio ī die paſce diuina celebrā
te: iudeus quidā ſe ſicut xp̄ianus
pplo cōmiſcuit: volens explorare
myſteria. q̄ vidit infantē teneri in
manib⁹ Baſilij ⁊ cōicātib⁹ omni
bus dari. venit ipe ⁊ data ē ei ho-
ſtia ve caro facta. ⁊ ſeruās reliqui
as abijt ⁊ oñdit vxori ſue. narrās
que pprijs oculis viderat. Credēſ
ergo ait. Uere horribile ⁊ admira
bile eſt xp̄ianorū ſacramentū. In
craſtino venit ad Baſiliū ⁊ bapti
zatus eſt cū omī domo ſua. Itē.

quidā pſbyter erat Egidius noīe
religioſus valde. qui cū ſanctā vi
tam duceret cepit pijs pcib⁹ pul-
ſare deū vt ſibi mōſtraret vitatē
corpis ⁊ ſanguinis xp̄i. Uenit igi
tur dies vt idē more ſolito diuina
celebraret. ⁊ poſt agnus dei pcum
bens genib⁹. Creator inquit et re-
demptor omīpotēs deus pande
mihi exiguo in hoc myſterio natu
ram corpis xp̄i vt mihi liceat euȝ
pſpicere in forma pueri quē olim
ſin⁹ matris tulit vagientē. Et ec-
ce āgel⁹ rn̄dit de celo veniēs. Sur
ge ppera ſi xp̄m videre placet. Ad
eſt pſens corpe veſtit⁹ quē ⁊ ſacra
puerpa geſſit. Et pſbyter pauid⁹
ſurgens vidit ſup arā puerū ſedē
tem. Cui angel⁹. quia xp̄m videre
placuit quē ſub ſpecie panis vbiſ
ɔſecraſti myſtic nūc ocul' inſpice ⁊
tracta manib⁹. Et tūc ſacerdos ce-
leſti munere fret⁹ (qḋ miꝝ dici eſt)
vlnis tremētib⁹ puerū accepit. pe-
ctus pprium xp̄i pectori iūxit. dein-
de fuſis lachrymis in amplexum
dat oſcl'a dulcia deo. ⁊ ſuis labijſ
pſſit pia labia xp̄i. Quib⁹ ita per-
actis reſtituit pueꝝ ī altari. et rur-
ſum humo pſtrat⁹ depcat dn̄m:
vt dignet ipe verti ī pſtinā formā
⁊ ſurgēs inuenit corpus xp̄i ī for-
mam remeaſſe priorē. et ſic ſb ſpe-
cie debita idē cōmunicauit. ¶

Secundū mirabile ſignum in
cōſecratione ſacramēti altaris eſt
q ſubſtātia panis mutat in cor-
pus xp̄i qḋ ſumpſit de Maria v
gine. et hoc fit verbi dei poteſtate.
Qḋ pbat trib⁹ modis fieri poſſe

Primo a poteſtate ſimili. Scd̄o
a minori. Tertio a maiori. Pri
mo a poteſtate ſil'i. qꝛ verbuꝫ xp̄i
vnā ſubſtantiā in aliā cōmutauit
Secūdo a minori. qꝛ res q̄ mi-
nus poſſunt ſubſtātiā vnā in ali-
am mutāt. Tertio a maiori. qꝛ
verbū dei de multo maiori fecit.
Primo verbū dei mutat ſub-
ſtantiā panis in corp⁹ xp̄i. qđ ꝓ-
batur a ſil'i: eo ꝙ quādoqꝫ vnam
ſubſtātiā i aliā cōmutauit. Hinc
legiť Joh. ij. ꝙ dn̄s vocat⁹ ad nu
ptias: deficiēte vino iuſſit ydrias ī
pleri aqua. quā ſtatim in vinū cō
mutauit. Et hoc fecit initiū ſigno-
rum Jeſus ⁊ manifeſtauit gl'iam
ſuā. Sicut igiť in nuptijs aquaꝫ
in vinū potuit cōuertere. ſic pōt ī
ſuo ſacramēto panē in corpus ſu
um ⁊ vinū in ſanguinē cōmutare
In ſubſtātia em̄ ſimile eſt iudici-
um. vnde ſicut ibi: ita ⁊ hic vbi ſi-
milis p̄cipit v̄tus: ſimilis obedit
effectus. Secūdo ꝓbať idem a
minori: eo ꝙ res que minus pn̄t
q̄ꝫ verbū dei: ſubam vnā mutant
in alterā. Unde ſciendū ꝙ ꝓuidē
tia dei mutatōes rerū tribus mo
dis fieri voluit p̄ter q̄s v̄bo ſuo
fac. ſ. arte. natura ⁊ gr̄a. Ars ei ho
minis vnā ſubſtantiā mutat ī ali
am: vt patet in vitrifice qui vilem
cinerē in p̄clarū ⁊ nobile vitꝝ mu
tat: multomagis v̄tus verbi xp̄i
mutare pōt panē in corpus eius
⁊ vinū ī ſanguinē. Eccs. viij. Ser
mo dei poteſtate plen⁹ eſt. nec di-
cere ei quiſq̄ꝫ poteſt. quare ita facꝭ
Euſebius, Inuiſibilis ſacerdos
viſibiles creaturas in ſubſtātiam
corporiſ ⁊ ſanguinis ſui v̄bo ſuo
ſecreta poteſtate cōmutat. Itē na-
tura mutat vnā naturā in aliā. ſi-
cut in vite vue aqua mutať in vi-
num. ⁊ opere apū ſuccus florū ꝑ
ſecreta nature mutať in fauū. Si
militer in nobiſipſis panis quem
māducam⁹ quotidie: ꝑ naturam
mutať in carnē. Ergo multoma-
gis virt⁹ chriſti mutare poteſt pa
nem in ſubſtātiā corporꝭ ſui. Da-
maſcenus. Sicut panis et vinuꝫ
tranſeūt per nutrimentū in corp⁹
hominis ⁊ nō aliud corp⁹. ita pa
nis altarꝭ ⁊ vinū virtute conſecra
tionis tranſit in corpus ⁊ ſanguī
nem xp̄i que nō erat prius. Item
gratia homīs mutat ſubſtantiaꝫ
vnā in alterā. Hinc Moyſes per
gratiā ſpiritualē mutauit virgaꝫ
in ſerpentē ⁊ aquā in ſanguinem.
Ergo multo magis virtus chri-
ſti mutare poteſt panē in corpus
⁊ vinū in ſanguinē eius. Ambro-
ſius. Uirgā tenebat Moyſes ⁊ ꝓ
iecit in terrā. et facta eſt ſerpens. et
ſic videmus ꝑ propheticā gratiaꝫ
mutatā eſſe purā naturā ⁊ maio-
ris eſſe potentie gratiā q̄ꝫ naturā.
Q͛ ſi tantū valuit benedictio hu
mana vt naturā cōuerteret. quid
dicemus de ipſa ſacratōe diuina
vbi ipſa verba ſaluatoris operan
tur. Si ḡ queras quō poteſt fieri
ꝙ panis eſt corp⁹ xp̄i. Reſpōde-
bo cōſecratōe que eſt ſ̄mo chriſti.
Tertio ꝓbať idē a maiori. qꝛ v̄
bum dei ml'to maiora fecit q̄ꝫ ꝙ
panē in corp⁹ xp̄i mutat. Un̄. In

ꝓncipio erat verbū ⁊c̄. oīa ꝑ ipm̄
facta ſunt ⁊ ſine ipō factū eſt nihil
Et in pſ̄. Jpe dixit ⁊ facta ſūt: ipe
mādauit ⁊ creata ſunt. Si ḡ pote
ſtate dei ꝑcipiēte de nihilo exiſtūt
excelſa celoꝝ. ꝓfunda fluctuū. va
ſta terraꝝ. pari poteſtate ī ſpūali/
bus ſacramētis vbi ꝑcipit xp̄us:
ſeruit effectꝰ. imo multo potiꝰ ī h̄
ſacramēto oīpotētis ſeruit effectꝰ
qꝛ multo magis eſt de nihilo fa/
cere nouā creaturā q̄ȝ vnā ſubam
q̄ iam eſt mutare ī alterā. Ambro
ſiꝰ. De totiꝰ mundi opibꝫ legiť q̄
ipſe dixit ⁊ facta ſūt. Sermo igiť
q̄ potuit ex nihilo facere quod nō
erat: pōt ea q̄ ſunt mutare ī id qđ
nō erāt. Nō em̄ eſt minꝰ dare no/
uas q̄ȝ mutare rebꝫ naturas. et h̄
qđ erat panis an̄ ꝯſecrationē: iaȝ
corpꝰ eſt poſt ꝯſecrationē. qꝛ ſmo
xp̄i mutat creaturā. ⁊ res īanima/
ta ſcȝ panis mutať ī meliꝰ. ſ. ī cor/
pus xp̄i v̄tute v̄bi dei. Mirū q̄
pctōꝛ hō nec multis verbis nec be
neficijs nec cōminatōe nec ꝓmiſ/
ſione ꝯuerti pōt de mala vita ī bo
nā. Sȝ qꝛ nihil apud deū impoſ
ſibile ē: ſupplicitˀ rogādꝰ ē vt nos ī
berit calicẽ dñi indigne: reus erit
corꝑis ⁊ ſanguinis dñi. Ambro.
Indignꝰ eſt q̃ nõ deuota mẽte ac
cedit ad euchariſtiã.aut in volun
tate peccãdi manẽs:hic reꝰ eſt cor/
poris ⁊ ſanguinis dñi.id eſt. ac ſi
chriſtũ occiderit punietᷣ. De ſe/
cundo genere maloꝝ cõmunicã/
tium.ſ.de doloſis ſiue hypocritis
ij.ad Thimo.iij. In nouiſſimis
diebꝫ inſtabũt tempa periculoſa:
⁊ erũt homĩes ſeipſos amantes.
habẽtes quidẽ ſpeciẽ pietatis.vir/
tutẽ autẽ eius abnegãtes. Speci/
em pietatis dicit gloſa. id eſt reli/
gionis qui eadẽ ſacramẽta habẽt
cũ pijs.virtutẽ pietatis. id eſt cha
ritatẽ abnegãtes multa ſcꝫ mala
occulte ꝑpetrãdo:⁊ manifeſta fal
laciter excuſando. Et tales ſimiliᷣ

celum ⁊ mundū: tamen manens indiuiſum. ſic dedit corpori qđ aſſumpſit ⁊ ſibi in vnitate ꝑſone vniuit in multis locis poſſe eſſe ⁊ in ſe ꝯiunctū manere. Greg. Sic diuinitaſ verbi dei vna eſt q̄ totū implet multis locis mundū. ita licet in multis locis ⁊ īnumerabilibus dieb ꝯſecrat̄ corpus tñ nō ſunt multa corpa xp̄i: ſed vnū corpus eſt illud qđ ſumpſit de virgine ⁊ qđ ōdit aplis. Diuinitas eñ verbi q̄ vbiqꝫ eſt: replet illud ⁊ cōiungit ⁊ facit. ſicut ip̄a vna eſt: ita veritas corꝑis xp̄i vnū eſt corpꝰ in veritate. Augꝰ. Qñ xp̄m mādu camus ꝑtes de illo nō facimꝰ: ſed in ſacramēto fit hoc. vnuſquiſqꝫ accipit partē ſuā: totus in celo manet integer. Totus in corde tuo. Totus eñ erat apud patrē qñ venit in virginē. Impleuit illā: non receſſit ab illo. Uenit in carnez vt eum hoīes māducarēt. ⁊ manebat integer apud patrē vt āgelos paſceret. Rogandus eſt igit̄ dñs. licet nos neceſſario corꝑalr̄ ab inuicē diuiſi vt ſimꝰ ſemꝑ ꝑ ip̄m ſpiritualiter in caritate ꝯiūcti. vt digne nos paſcat ſuo in p̄ñti ſacr̄o. ⁊ plena viſione ſui cuꝫ angelis in futuro Amen.

¶ Sequitur de trib mirabilib in corꝑis xp̄i ꝑceptiōe. Ser. XIIII.

Enite comedite ⁊c. Mirabilia opera tua ⁊c. M Dico parū ſupra de trib mirabilibus diuine oꝑationis q̄ ꝯſiderāt in dñici corꝑis ꝯſecratiōe. Et p̄terea de tribus alijs in eiuſdem corꝑis poſſeſſione. Hic dicendū eſt de tribus mirabilibus conſiderandis in eiꝰ ꝑceptione. Primū mirabile ſignū ꝯſiderandum in dñici corporis ꝑceptione eſt ꝙ cum manducat̄ nō minuit̄. ⁊ hoc eſt cōtra hereticos: qui dicūt. Si corpus xp̄i omni monte maius eſſet iā diu illud eccl'ia cōſūpſiſſet. Huius igit̄ tā mire rei. ſ. incōſumptibilitatis corꝑiſ xp̄i in māducatione ſui: triplex ratio pōt aſſignari. Prima ratio eſt quotidiana ptās ꝯſecrandi. Scđa incorruptibilitas ſui. Tertia infinita cauſa paſcēdi. Prima ratio ꝙ corpuſ dñi dū māducatur nō minuitur: eſt quotidiana ptās cōſecrādi. Nam quia oībus diebus ⁊ omnib fidelibꝰ locis ⁊ ſub tot hoſtijs quot ſufficiūt fidelib verum ⁊ vnicū corpuſ xp̄i ex p̄cepto eius cōſecrare poſſumus: idcirco dum illud māducamus ꝯſumere vel minuere nō poſſumus vel valemꝰ. Sicut eñ in nobis cauſa ſalutis eterne ſemꝑ manet effectus illud māducādi: ſic ⁊ effectꝰ ⁊ ptās ꝯſecrādi. Et cū iā ꝯſecratū fuerit: māducamꝰ: nequaq̄ꝫ illud minuimꝰ. q2 hic ſemꝑ in ſe veraciter ꝑſeuerat ⁊ ne ſacr̄aliter ī eccl'ia poſſit deficere: ſemꝑ in cōſecrādo in forma panis q̄ſi ſacr̄m nutriēdo ⁊ renouādo cōſecramus. Qđ pulchre figuratū eſt ī panib ꝓpoſitionis: De q̄bus dicit̄ Exo. xxv.

Pones ſuꝑ mēſam meā panes ꝓ
poſitionis in cōſpectu meo ſemꝑ
De renouādo dicit̄ Leui.xxiiij. Ac
cipies panes duodecim ⁊ ſtatues
eos ſuꝑ mēſaꝫ meā: vt ſint panes
ī monimentū oblatōis domini. ꝑ
ſingula ſabbata mutabūtur fede
re ſempiterno. Similiter de igne
dei dicit̄ Leuit̄. vj. Ignis in altari
meo ſemꝑ ardebit quē nutriet ſa-
cerdos: ſubijciens ligna mane ꝑ
ſingulos dies. Ignis nūꝙ defi-
ciet in altari. ſed illa menſa iudeo
rum cū panibꝫ ⁊ ignis ī altari de
fecit. Quid ergo mentit9 eſt de9? ab-
ſit. Sed vmbra defecit in ſynago
ga. ⁊ veritas manet nec deficit ī ec
cleſia. Sacerdos em̄ noſter ſem-
per ſacramētū altaris cōſecrando
nutrit. ⁊ corpus xp̄i qđ in illo ſem
per idē eſt: nunꝙ mādu catiōe fi-
delium deficit ¶ Secūda ra
tio ad idē eſt vera incorruptibili-
tas corporis hui9. Surrexit enī glo
rificatū imortale ⁊ immutabile et
impoſſibile poſſe corrūpi. Pſal.
Nō dabis ſanctū tuū videre cor-
ruptionē. Cū illud manducam9
nō ſicut alius cibꝫ corrūpitur nec
mutat̄ in corpus noſtrū: ſed īflu-
it nobis ſine corruptiōe ſui ſpūa-
le nutrimentū. Hoc figuratuꝫ eſt
iij. Re. xvij. vbi pugill9 farine ī do
mo vidue ꝑ multos dies ad eius
totā familiā nō defecit. iuxta ꝟbū
helye. Auguſtin9. Qui māducat
me (dicit domin9) viuet ꝓpter me.
Nō ergo timeam9 manducare pa
nem iſtū fratres ne forte cōſuma-
mus illū. ⁊ ꝑterea quod māduce-
mus nō inueniam9. Cū ergo mā
ducatur: vita māducat̄: nec occidi
tur quādo manducat̄: ſed mortu
os viuificat. māducatus reficit ſꝫ
nō deficit. viuit māducatus. quia
ſurrexit occiſus. Hinc etiā lapidi
ꝑcioſo cōparatur: de quo virtus
exit: vt fantanſtica fugādi vel in-
flationes ſedandi vel alia: ſine di
minutione ſui. Deut̄. xxxij. Cōſti-
tuit hominē vt ſugeret mel de pe-
tra. oleūꝙ de ſaxo duriſſimo. Pe
tra eſt chriſt9. j. ad Chorin. x. Si-
cut ergo gēma virtutē ſuā effun-
dendo nō minuit̄. ſic corp9 domi
ni nos paſcēdo nō minorat̄. Ter
tia ad idē: eſt ī figura cauſa paſcē
di. Qui em̄ ad ip̄m accedere vo-
lunt: paſcuā ſufficiētem in ip̄o in-
ueniūt. Hinc domin9 fons viuuſ
⁊ lux vera dicit̄. De primo Gen̄. ij
Fons aſcēdebat e terra. id eſt chri
ſtus. dicit gloſa. irrigans vniuer-
ſam ſuperficiē terre. id eſt inſpirāſ
cordi vtilia ⁊ honeſta. Hieremie.
ij. Dereliquerūt me fontē aque vi
ue. De ſecūdo Johā. j. Erat lux ve
ra que illuminat omnē hominēꝫ
veniētem in hūc mūdum. Sicut
igitur fons terrā irrigat ⁊ ſine ſui
diminutione herbas innumeras
⁊ arbores nutrit. ſic chriſtus eccle
ſiaꝫ paſcit. Item ſol non deficit
toti mundo lumen ſuū cōmuni-
cando. Sic nec chriſtus totaꝫ ec-
cleſiam paſcendo Hinc euidēs
exemplum eſt in candela. de qua
milleſies tentus ſumi poteſt ig-
nis quantuſ in eo eſt. nec propter
hoc minuitur lumē ei9. igit̄ mlto

ꝙ aliquis rē tā ꝓcioſam ⁊ venerā
dam in loco vel in vaſe immūdo
poneret. Vñ pctōr q̄ corpus chri
ſti ſumēs ponit in ore ſuo pollu/
to ⁊ corde: radix nō eſt natura vel
virtꝰ: ſed libido. i. ꝑuerſa intentio.
vt lucri tꝑalis vel vane laudis vl'
alicuꝰ deceptiōis. Secūda ra/
tio culpe illoꝝ eſt diuini precepti
trāſgreſſio. Sicut em̄ dñs in ſta/
tu innocentie ꝯceſſit lignū vite ad
edendū. ⁊ in ſtatu culpe ꝓhibuit.
ſic nobis in ſtatu bono corpꝰ xp̄i
ꝯcedit ⁊ i malo ꝓhibet. Mat. vij
Nolite ſanctū dare canibꝫ. i. imū/
dis peccatoribꝫ. Leuit. xxj. Nō q̄
habuerit maculā. ſ. pcti nō offeret
panes deo. nec accedet ad miſteri
um eiꝰ. Tertia rō culpe illoꝝ
eſt magna ingratitudo. Quid po
teſt eīm eſſe magꝭ ingratū q̄ꝫ ſi q̄s
habēs dñm a q̄ recepiſſet quicq̄d
boni haberet. ⁊ ip̄m inſuꝑ morte
ſua de ſuſpēdio eterno liberaſſet:
eundē dñm in ſtabulū immūdiſ/
mū infida ſui traditiōe duceret. et
ibi cōculcaret ⁊ rurſum occideret.
Tāta ingratitudine peccāt q̄ cor/
pus dñi in pctō mortali ſumunt.
pſ. Retribuebāt mihi mala pro
bonis ⁊ odiū ꝓ dilectiōe mea. Et
cōculcauerūt me inimici mei tota
die. ad Hebre. x. Quāto putatis
deteriora mereri ſupplicia q̄ filiuꝫ
dei ꝯculcauerit ⁊ ſanguineꝫ teſta/
menti pollutū duxerit in quo ſan
tificatꝰ eſt. Ambro. Ille filiuꝫ dei
cōculcat qui libere peccat abſq̄ꝫ ti
more ⁊ penitētia ⁊ q̄ eo indigne ꝑ
ticipat. Idem. Qui indigne ſumit
xp̄m idē eſt ac ſi interficeret. Augꝰ.
q̄ꝫ temerariū q̄ꝫq̄ꝫ nephariū ē cru
entis manibꝫ intemerate ꝟginis
tractare filiū. Quis auditꝰ ſuſtine
ret auriū. q̄s oculꝰ nō ꝯfunderet
ad intuitū. q̄ mens nō rapetur in
exceſſum: vbi mūdi ꝓciū mitteret
in ſterquilinium. Nō em̄ minꝰ ē de/
teſtabile in os pollutū q̄ꝫ in lutuꝫ
mittere dei filiū. F Secūduꝫ
malū illoꝝ eſt magna offenſa dei
Zacha. j. Ira magna ego iraſcor
ſuꝑ gētes opulētas. q2 ego iratuſ
ſum paꝝ. ipi ꝟo adiuuerūt i ma/
lum. q. d. dñs. q2 parū iraſcor ꝓ/
pter peccata in ꝓximū: ſꝫ maxime
ꝓ eo ꝙ peccāt in dñm. j. Regū. ij.
Si peccauerit vir in virū placari
poteſt ei deꝰ. ſi aūt in deū peccaue
rit: q̄s orabit ꝓ eo: gloſa. q̄ꝫto ma
ior glīa tāto grauior offēſa. Ma
lachie. j. Ad vos o ſacerdotes qui
deſpicitis nomē meū ⁊ offertꝭ ſuꝑ
altare meū panē pollutū. Gloſa.
Corripit ſermo dei nimis ep̄os et
miniſtros ecclīe negligētes. ⁊ om
nes q̄ xp̄i noīe cenſent. cur nomē
eius deſpiciūt. quibꝫ cauſis offen
ſi ꝙ panē pollutū offerūt. Pollu
it em̄ panē. id eſt. corpus xp̄i qui
indigne accedit ad altare ⁊ men/
ſam dñi ſi nō ſcelerata voce: tamē
ſcelerato oꝑe deſpicit. ⁊ duꝫ ſacra/
menta violātur: ipſe cuiꝰ eſt ſacra
mentū violat. Tertiū malū il/
lorū eſt multiplex ⁊ grauis plaga
ex iuſta dei vindicta. Sicut in ab
antiquo filijs iſrael maximū erat
peccatū ⁊ peſſimarū cauſa male/
dictionuꝫ. ꝙ per idolatriā deum

ꝓiecerūt. ꝛ poſtea iudeis impijs ꝙ xp̄m nō ſuſceperūt. Sic modo xp̄ianiſ maximū eſt peccatū ꝛ cauſa plagarū ꝙ corpus ſaluatoris īdigne ſuſcipiūt. Greg. ſup Deut. xviij. Creator oim̄ ꝑ incarnatiōis ſue myſteriū iudeā viſitare dignatus eſt. ſed qꝛ nō cognouerūt tempus viſitatiōis ſue. ideo gentibꝫ frequēter in predā data eſt. nouiſſime romanis tradita eſt. ꝛ venerunt ſuꝑ eam oīa genera maledictionuꝫ que in libro legis ſcripta ſunt. Similiť hijs q̄ gratiā ingrati accipiūt certa eſt damnatio. Si em̄ quis irritā faciens legē moyſi ſine vlla miſeratione moriť. q̄ꝫto deteriora mereť ſupplicia qui filium dei ꝯculcauerit. ꝛ ſanguinem teſtamēti pollutū duxerit. G

Hec ſupplicia poſſunt dici triplices plage. Prima multa damna bonoꝝ ſpūalium. Scd̄a ſterilitas terre ſiue cariſtia temporaliū. Tertia peſtes hoīm ꝛ ſtrages corporū. De prima plaga Treñ. j. Manū ſuaꝫ miſit hoſtis ad oīa deſiderabilia eius. quia vidit gentes ingreſſas ſanctuariū tuū de q̄bus p̄cepas ne intrarent in eccleſiaꝫ tuā. Gloſa Hoſtis antquus ad deſiderabilia eccl'ie manū mittit. ꝛ ſpūaleꝫ ornatū aufert in mēbris ſuis. fidem ꝯdēnās. baptiſma reſcindens. i. gratiā in baptiſmo datā. doctrinā corrūpens. corpus ꝛ ſanguinē dn̄i indigne ꝯtractans ꝛ vaſa p̄cioſa. i. oues xp̄i q̄ſi lupus deuaſtans. Et cauſa tanti mali redditur. quia gentes. i. carnem amantes ꝛ xp̄i circūciſioneꝫ nō habentes miniſtri altaris effi ciūť. De ſcd̄a plaga Deuť. xxviij. Si audire nolueris vocē dn̄i dei tui vt facias oīa mādata eius: venient ſuꝑ te oēs maledictiōes ille Maledictus fructus terre tue armenta boum tuoꝝ. ꝛ greges ouium. Mittet dn̄s ſuꝑ te famē et eſuriē ꝛ increpationē in oīa opera tua. he plage veniēt ſi audire nolueris mādata dei. p̄cipue. ſ. d corpe dn̄i indigne tractando. ſm illud Leui. xxj. Homo q̄ habuerit maculā pc̄i nō offeret paneſ deo ſuo nec accedet ad miniſterium eius. Geñ. iij. Quia comediſti de ligno ex quo tibi preceꝑam ne comederes. maledicta terra in oꝑe tuo. ſpinas ꝛ tribulos germinabit tibi. De tertia plaga. j. ad Coꝝ. xj Probet ſeip̄m homo ꝛ ſic de pane illo edat. qui em̄ mādurat indigne iudiciū ſibi manducat. i. ad iudiciū mortis ſe obligat. ꝛ multi alij ꝓpter ſceluſ vnius ſepe feriūtur. Unde ſequiť. Ideo inter vos multi infirmi ꝛ imbecilles ꝛ dormiunt multi. i. ſomno mortis vel dei verbere vel prelioꝝ aduerſitate. Num. xj. Adhuc carnes erant in dentibꝫ eoꝝ. nec defecerat huiuſcemodi cibus. ꝛ ecce furor dn̄i ꝯcitatus in ꝑpl'm ꝑcuſſit eum plaga magna nimis. H Sed ecce ꝯtra has plagas ꝛ oīa iam dicta mala: triplex remediū oſtēdit ſcriptura. Primū eſt emendatio vite ꝑ penitentiam voluntariam. Secundū eſt correptio malicie ꝑ

ſupiorem diſciplinā. Tertiū mu/
tatio icorrigibilis ꝑſone ꝑ iuſticie
diſtrictionē. De pmo Johel. j. De
populata eſt regio. luxit humꝰ .i.
hitatores humi. qꝛ ꝑijt meſſis a/
gri. i. bōa tꝑalia ⁊ ſpūalia. accigite
vos ⁊ plāgite ſacerdotes. vlulate
miniſtri altaris. ingredimini cu/
bate in ſacris. Glo. Sacerdotes
q comedūt digne paſcha accingū
tur baltheo caſtitatis. pctōres qs
remordet ꝯſcia pallio doloris vt
plāgant ſua ⁊ ꝓꝑli pctā. Accingite
igiť vos ſacerdotes ⁊ miniſtri al/
taris cingulo pnīe ⁊ plangite pu/
ro corde. vlulate in ꝯfeſſiōe ⁊ ora/
tione ⁊ ingredimini eccleſiā ꝑ pe/
nitentiā vn̄ exiſtis ꝑ culpā. in ſac/
co cubate. i. delicias qbꝰ offendi/
ſtis ꝑ vite auſteritatē cōpenſate vt
iram dei poſſitis mitigare. De
ſecundo Malach. iij. Ecce venit
dn̄s qſi ignis ꝯflans. ſ. ꝑ iuſtos
ꝑlatos. ⁊ purgabit filios leui. i.
miniſtros altarꝭ. ⁊ erūt dn̄o offe/
rētes ſacrificia in iuſticia. ⁊ ſic vti/
qꝫ placatꝰ mitigabiť ira dei Ezech
vij. Judicabo te iuxta vias tuas.
⁊ ponā ꝯtra te abomīationes tu/
as ⁊ nō ꝑcet oculus meus ſuꝑ te
⁊ nō miſerebiť ⁊c̄. Glo. Sicut me
dicus incidit ⁊ nō ꝑcit vt parcat.
Vn̄ Ego ꝑcutiam ⁊ ego ſanabo.
Flagellat aūt dn̄s oēm filiū quē
recipit Luc̄. xiiij. Cōpelle intrare.
Et ſic dn̄s ꝑ iuſtos ꝑlatos nō ꝑ/
cit vicia corrigēs vt ꝑcat irā ſuam
mitigādo. J De tertio Ezech.
xx. Judicabo vos dicit dn̄s. ⁊ ſu/
bijciā vos ſceptro meo. ⁊ eligā de
vobis trāſgreſſores ⁊ ipios. ſ. ad
abijciendū q in malo ꝑſeuerāt. i.
incorrigibiles ſunt. Dicit glo. vt. ſ.
loco eoꝝ iuſti ſubſtituanť. Eſa. j.
Cōuertā manū meā ad te ⁊ exco/
quā ad purū ſcoriā tuā. ⁊ auferā
omne ſtannū tuū. ⁊ reſtituā radi/
ces tuas ſicut fuerūt ꝑus. ⁊ ꝯſilia
rios tuos ſicut antiquitus. ſ. tꝑe
moyſi ⁊ machabeorū ⁊ aploꝛum
Poſt hec vocaberis ciuitas iuſti
vrbs fidelis. j. Mach. iiij. Et co/
gitauit iudas de altari holocau/
ſtorū qd ꝓphanatū erat: qd de eo
faceret. Et incidit illi ꝯſiliū bonū
vt deſtrueret illud ne forte eſſet il/
lis in opprobriū. qꝛ ꝯtaminaue/
rūt illud gētes. ⁊ demoliti ſunt il/
lud ⁊ poſuerūt lapides in monte
in loco apto q ad vſqꝫ veniret ꝓ/
pheta. ⁊ rn̄deret de eis. Et accepe/
rūt lapides integros ſm legem. ⁊
edificauerūt altare nouū ſm illd
qd fuit ꝑus. Glo. ibidē altare ho/
locauſtorū eſt fides pura. doctri/
na recta. ⁊ ꝯuerſatio bona mini/
ſtrorū xpi. Sꝫ hoc altare ſi ꝓpha/
natū fuerit heretica prauitate vel
ſymōia vel ſcelerū varietate: illud
deſtruendū erit ⁊ a ſacerdotij di/
gnitate deponendū. ne forte ob/
probriuꝫ ſit eccleſie ſctē ꝙ habeat
ꝑuos ⁊ faciorosos rectores q dy/
abolica aſtutia ſeducti ſunt. vnde
dn̄s ſuis diſcipul' ait. Vos eſtis
ſal terre. ꝙ ſi ſal euanuerit in q ſa
lietur. ad nullū valet vltra niſi vt
mittať foras ⁊ cōculcetur ab ho/
minibus. Depoſito ergo ꝓphano
myſtico altari: reponi debent la/

pides illi in monte dom⁹ domini
in loco apto donec veniēs ꝓpheta
reſpondeat de eis. quia peccanteſ
redigi debēt in locū penitētie: do-
nec p̲ ſanctos doctores dījudiceꝫ
ꝓ cōmiſſo crimine cōueniēs ſatiſ-
factio ꝑpetrata. In locū autē eoꝝ
lapides integri ſm legeꝫ ſubſtitui
debēt: vt fiat altare nouū ſm illō
quod fuit p̄us. quia homines ꝺ
fide catholica: ſani cōſcientia: ſan
ctarum ſcripturaꝝ imbuti: bonis
moꝛibꝫ religioſi: in locuꝫ regimi-
nis oꝛdinari debēt vnde ceciderūt
p̄uaricatoꝛes vtiqꝫ diuine legis:
vt ſine rep̄henſione in nouitate vi
te ꝛ noꝛma iuſticie exhibeatꝛ mini
ſterium deo in ſancta eccleſia quā
ſibi acquiſiuit xp̄s p̄cio ſanguīs
ſui ſponſam nō habentē maculaꝫ
neqꝫ rugam.

¶ De ſecūdo modo manducādi.
ſcꝫ de ſp̄ūali tm̄ Sermo XIX

VEnite co-
medite ꝛc̄. Thema ꝓ-
pꝛium. Patres veſtri
eandē eſcā ſp̄ūalem manducaue-
runt. j. ad Coꝛ. x. hoc eſt Omnes
boni veteres in māna cibū inuiſi
bilem ſcꝫ xp̄m ſp̄ūaliter intellexe-
runt. crediderūt. guſtauerūt. ꝛ ab
eterna moꝛte p̲ eum ſanati ſunt.

R Secūdus modus mādu
candi chꝛiſtū eſt ſpiritualis tm̄. et
in eo om̄es ſaluati ab initio man
ducauerūt ꝛ ſaluandi mādúcant
Iſti vero nō manducāt ꝛ mādu-
cant Ambꝛo. Nō manducāt ꝛ mā
ducant. nō manducant quia. ſ. ſa
cramētaliter nō mādúcant: tamē
mādúcant ſpiritualiter ꝛ econtra
Eccl̄s. vj. Eſt vir cui dedit de⁹ diui
tias ꝛ ſubam ꝛ honoꝛē: nec tribu
it ei poteſtatē vt comedat ex eo: ſꝫ
homo extrane⁹ voꝛabit illud. ſ. cū
magno deſiderio ſp̄ūaliter mādu
cando. Et circa ſp̄ūalē mādúcati-
onē tria ſunt cōſiderāda. ſ. ſtatus
p̲ſonarū. differētia ſic mādúcanti
um. ratio ſp̄ūaliter manducādi. ꝛ
effectus mādúcationis huiuſmo
di. Primū circa mādúcationē ſpi
ritualē notandū eſt differētia per
ſonarū ſic manducātium. que tri
plex eſt. ſ. incipientiū. ꝓficientiū. et
p̲fectoꝝ. Matth. xiiij. Mandu-
cantiū fuerūt qnqꝫ milia viroꝛuꝫ
exceptis mulieribꝫ ꝛ p̲uulis. In p̲
uulis ſignificātꝛ incipiētes. In mu
lieribꝫ ꝓficiētes. In virꝭ p̲fecti Se
cundū circa idē ꝯſiderādū ē ratio
qua dicuntꝛ iā dicti ſp̄ūalit̄ mādu
care. Vñ ſciendū ꝙ p̄mi ſcꝫ in-
cipiētes mādúcant ſp̄ūaliter rōne
fidei ſaluatoꝛiſ. Abacuc. ij. ad He
bꝛe. x. Juſtus ex fide viuit tāqꝫ ex
cibo ſpeciali. Auguſtinus. Crede
ꝛ manducaſti. Credere em̄ in chꝛi
ſtum eſt credendo ire in eum. ipſi
coꝛde inherere. in ipſo delectari. et
p̲ veram charitatē mēbꝛis eius in
coꝛpoꝛari. Secūdi ſcꝫ ꝓficiētes
manducāt ſp̄ūaliter rōne bone cō
uerſationis Job. iiij. Ego cibum
habeo mādúcare quē vos neſcitꝭ
Meus cibꝫ eſt vt faciam volūta-
tem patris mei. Eccleſiaſtici. xv.
Qui timet deum faciet bona.

# De ſacramēto corpo. chriſti

Sequitur. Cibabit eū pane vite.
Iſte cibꝫ bone ꝯuerſatiōis ꝯſiſtit
in tribꝫ ꝟtutibꝫ q̄ſi ĩ tribꝫ ferculis
ſcꝫ in innocētia. in pnīa. ⁊ ĩ miſeri-
cordia. De primo pſ̄. Percuſſus
ſum vt fenū ⁊ aruit cor meū. quia
oblitꝰ ſum comedere panē meū. ſ.
innocētie. vn̄ delectabar cibū ma-
licie. Augꝰ. Panē de altari ſpūalr̄
māducare eſt īnocētiam ad altare
portare: debitoribꝰ pctā dimitere.
De ſcd̄o pſ̄. Surgite poſtq̄ꝫ ſede
ritis q̇ māducatꝭ panē doloris. ſ.
pnīe ꝓ pctīs. Thob. ij. Māduca
uit panē ĩ luctu ⁊ tremore: memo
rās ſmonē amos. Dies feſti vr̄i. i.
gaudij in pctīs ꝯuertent̄ in lamē-
tatiōem ⁊ luctū. Pſ̄. Cinerē tāq̄ꝫ
panē māducabā. De tertio Pro-
uer. xj. Bn̄facit aīe ſue vir miſeri-
cors. qꝛ duꝫ pauper cibo corꝑalr̄
reficit̄: multo meliꝰ a deo ſpūalit̄
paſcit̄. Apoca. iij. Ecce ego ſto ad
hoſtiū ⁊ pulſo. ſi q̇s aperuerit mi
hi intrabo ad eū ⁊ cenabo cū eo ⁊
ipſe mecū L Sꝫ tertij. ſ. ꝑfecti
māducāt ſpūalit̄ rōne deuote ora
tionis ⁊ meditatōis. Et in hac mā
ducatiōe tria erūt q̄ in comeſatiōe
corꝑali ꝯſiſtūt. ſ. appetitꝰ. maſtica-
tio. ⁊ delectatio. Primo eīm debe-
mus ſpūalit̄ eſurire xp̄m cibū no
ſtrū intimo cord deſiderādo. Se
cūdo maſticare magna diſcretiōe
cogitatōis diſcernēdo Tertio ĩ eo
delectari dulcedineꝫ eiꝰ eligendo.
Primo debemꝰ ſpūalit̄ eſurire
ardēter deſiderādo. Job. xxxj. Si
nō dixerīt viri tabernaculi mei: q̇s
det de carnibꝫ eiꝰ vt ſaturemur q̄-
ſi optabāt ⁊ deſiderabāt ſaturari.
Eccli. xxiiij. Qui edunt me adhuc
eſuriēt. Grego. In delicijs carnis
appetitꝰ placet. experiētia diſplicet
qꝛ quo magꝭ ſentit̄ ꝙ earꝫ ſaturi-
tas mentē nō replet ſed cruciat. eo
magis cognoſcit̄ ꝙ faſtidiat̄. ĩ ſpi
ritualibꝫ delicijs ſaturitas appeti
tū parit. qꝛ q̄ꝫto magis earꝫ ſapor
ꝑcipit̄: eo magꝭ cognoſcit̄ ꝙ aui-
dius amet̄. Eſa. xxvj. Dn̄e nomen
tuū ⁊ memoriale tuū in deſiderio
aīe mee. aīa mea deſiderabit te in
nocte. ſ. aduerſitatis. Pſal. Domi
ne añ te oīe deſideriū meū: ⁊ ge-
mitꝰ meꝰ ⁊c̄. Scd̄o debemꝰ ſpū
alit̄ maſticare xp̄m totuꝫ. ſ. mēbra
⁊ caput. noſmetipſos ⁊ ſctōs dei ⁊
ſaluatorē mūdi diſcreta diſcuſſio
ne cogitare. Noſmetipſos dijudi-
cādo. ſancto ꝝ vitā imitādā pertra
ctādo: ⁊ incarnatōiſ xp̄i bn̄ficia de
uota mēte ruminādo Prio ꝑfe
cti māducāt ⁊ maſticāt: ſeip̄os di-
ligēter examinādo ⁊ dijudicando
j. ad Cho. xj. Probet aūt ſeip̄ꝫ hō:
⁊ ſic de pane illo edat. Primo ꝓ-
bet. i. examiet ⁊ purget ſeip̄m: non
aliū. ſeip̄m totū. ſ. cor. linguā. ma-
num ⁊c̄. ⁊ ſic poſtea edat. Job. xiij
Quare lacero carnes meas denti
bus meis: ⁊ animā meā porto in
manibꝫ meis: vt ſcꝫ ſpūaliter ma-
ſticē dijudicādo pctā carnis et ꝓ-
pria. M Scd̄o ꝑfecti maſti-
cant ſctōs mortuos ⁊ bonos ad-
huc viuētes: vitā eoꝝ ad imitādū
ꝯſiderādo. Math. xxij. Ecce pran
diū meū ꝑaui: thauri mei ⁊ altilia
mea occiſa ſunt. venite comedite.

maſticate. cogitate. Thauri ſunt ꝓphe ꝛ apl'i. q fortitudine fidei qſi cornu principib' mūdi reſtiterūt. ꝛ ab eis paſſi: virtutū exēpla nob reliqrūt. altilia ab alēdo dicta ſūt piguia volatilia. ꝛ ſignificāt ſctōs iterna caritate ſaginatoſ: ꝯtēplationis pēna ſupna petētes. Occiſa ſunt vel ab eo ꝙ fuerūt per penitētiā vel mortē carnis in requiē poſita. hec nobis ſunt ſpūaliter maſticāda. i. ad imitandū diligenter ꝯſideranda Deut'. xiiij. Omne qd mundum eſt comedite. Quicqd morticinū eſt ne veſcamini ex eo. Omne mundū. i. honeſtū verbis opibus. ꝛ morib' comedite. i. in corde ponite ad imitādū. qd morticinū eſt. i. pctō ꝯtaminatū. ne veſcamini ex eo ꝯſentiēdo vel idez faciendo ad Phil'. iiij. De cetero fratres qcūqꝫ ſunt vera. qcūqꝫ pudica. qcunqꝫ iuſta quecūqꝫ ſctā. quecūqꝫ amabilia quecūqꝫ bone fame. ſi q virtus. ſi qua laus diſcipline. hec cogitāte q ꝛ didiciſtis ꝛ accepiſtis. ꝛ audiſtiſ ꝛ vidiſtis in me. Hec agite ꝛ deus pacis erit vobiſcū. Tertio pfecti maſticāt ſpūaliter carnē xpi. ſ. incarnatiōis eius ſacra ꝛ bn̄ficia deuote meditando. Joh. vj. Qui māducat carnem meā ꝛ bibit ſanguinē meum habet vitam eternam. Qui manducat. i. ſpūaliter bene maſticat. Aug⁹. Hoc ptinet ad virtutē ſacramēti: nō ad viſibile ſacramentū. q ſcꝫ māducat intus nō foris. qui māducat mēte. nō qui māducat dente. Et hoc eſt qd apl's vigilanter dicit tm̄ de bonis. oēs candem eſcam ſpūalem māducauerunt. Sic māducauit ꝛ maſticauit xpm Apl's. vn̄. j. ad Thim. iij. Manifeſte magnuꝫ eſt pietatis ſacramētū qd manifeſtū eſt in carne. iuſtificatū eſt in ſpū. i. xpus iuſtus oſtenſus eſt. qꝛ de ſpūſctō cōceptus. apparuit angelis. predicatū eſt gētibus creditū eſt in mūdo ꝛ vt tm̄ beneficiū curēt attribuere ſolūmodo deo aſſūptū eſt in gl'ia Ecc's. j. Oritur ſol. i. xps. i ſua natiuitate. ꝛ occidit in paſſione. ꝛ ad locū ſuū reuertit'. i. ad ſepulchꝛuꝫ terre. ibiqꝫ renaſcēs. in reſurrectione. gyrat p meridiē. in aſcenſione. ꝛ flectit' ad aquilonē: luſtrās cuncta per circūitū. in extremi iudicij diſcuſſione. ¶ Tertio debemus in ſpūali māducatiōe delectari in dulcedine q elicit' de pdicta xpi maſticatione. Eſa. lv. Audite audiētes me ꝛ comedite bonum ꝛ delectabit' in craſſitudine anima veſtra. i. in dulcedine. Sapiē. viij. Intrās in domū meā cōquieſcā cū dei ſapiētia. i. cū xpo q dicit' ſapientia qſi ſapida ſcientia. Non em̄ habet amaritudnē ꝯuerſatio illius. nec tediū ꝯuictus illius: ſed leticiā et gaudiū et in amicitia illius delectatio bona Ps. Quā magna multitudo dulcedinis tue dn̄e Ps. Guſtate ꝛ videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s ꝛc. Cañ. iiij. Mel ꝛ lac ſub lingua tua. i. dulcedo ſpiritualis in meditatione cordis. Hec dulcedo ſpiritualis que eſt pguſtatio gaudij celeſtis

valet xp̄iano ꝯ̄ tria mala q̄ ſūt in
mūdo. Ibi eim̄ eſt falſa dulcedo ī
delectabilibꝫ vtēdis. grādis ama
ritudo in aduerſis ſuſtinēdis. tri/
ſtis ymago in bonis faciēdis. De
p̄mo Prouerb. ix. Aque furtiue
dulciores ſunt. ⁊ panis abſcōditꝰ
ſuauior. Sed hec falſa eſt dulce/
do. q2 aīe ꝑditio Iob. xxiiij. Dul/
cedo illius vmes Eccs. ix. Sicut
piſces hamo capiūt. ſic hoīes tp̄e
malo. Eſca foris delectat: ſ3 acu/
leus ītus ꝑforat. Iob. xxj. Ducūt
in bonis dies ſuos. ⁊ in pūcto ad
īferna deſcēdūt. De ſc̄do pſ̄. Hoc
mare magnū ⁊ ſpacioſū manibꝫ
q2. ſ. ī h̄ mūdo maḡ aduerſitas ē
⁊ ml'titudo amara. Hiere. ix. Ci/
babo pp̄l'm iſtū abſinthio. ⁊ potū
dabo eis aquam fellis. Iob. xiiij.
Hō natꝰ de muliere. breui viuēs
tp̄e: replet̄ multis miſerijs. Pſ̄.
Multe tribulatiōes iuſtoꝝ. De
tertio Mar. x. Dixit dn̄s cuidam
diuiti. Uade. q̄cūqꝫ habes vēde ⁊
da paupibꝫ. ⁊ habebis theſaurū
in celo. ⁊ veni ſeq̄re me. q̄ triſtatus
in vbo abijt merens. j. Reg. xxv.
Dixerunt pueri dauid ad nabal.
Qōcūqꝫ īuenerit manus tua ad/
ſeruis tuiſ ⁊ filio tuo dauid. Qui
rn̄dit. Tollā panes meos ⁊ aq̄s
⁊ carnes. ⁊ dabo viris q̄s neſcio
vn̄ ſint. Gen̄. iiij. Factum eſt poſt
multos dies vt offerret caym de
fructibꝫ terre munera dn̄o: ⁊ non
reſpexit dn̄s ad eū nec ad mune/
ra eiꝰ. Huiꝰ cauſa fuit q2 male ob
tulit. ſ. d triſti corde ⁊ facie. Cōtra
hec tria ſpūal' dulcedo falſa3 mū/
di dulcedinē facit inſipidā. gran/
dē amaritudinē facit dulcē. triſtē
ymaginē reddit iocūdā. De p̄mo
Prouerb. xxvij. Aīa ſaturata cal/
cabit fauu3. Greg. Guſtato ſpū
deſipit oīs caro. ad Phil'. iij. Que
mihi fuerūt lucra: hec arbitratus
ſum ꝓpter xp̄m detrimēta. q2 oīa
arbitror vt ſtercora. De ſctō Au/
guſtino dicit̄ Diſplicebat ei q̄cq̄d
agebat̄ in ſcl'o p̄ dulcedīe dei. De
ſc̄do Deut̄. xxxiij. Inundationem
maris. q̄ſi lac ſugēt. ſ. boni. q2. re/
pleti dulcedīe ſpūali vincūt ama/
ritudinē mūdi. iiij. Reg. ij. Heli/
ſeus miſit ſal ī aq̄s amaras. q̄ in
dulceſ verſe ſunt. Sic xp̄s ſapore
ſpūali ſanat amaritudinē mūdi.
Hinc ſctō ſtephano lapides tor/
rētis dulces fuere. Et multis ſan/
ctis ardētes prune. cādētes teſte
viſe ſunt ſuaues tanq̄3 roſe. Hinc
multi boni gaudēt in tribulatiōe
De tertio Dan̄. j. Poſt decē dies
appuerūt vultꝰ coꝝ meliores et
corpulētiores p̄ oībus pueris q̄
veſcebant̄ cibo regio. vultꝰ. ſp̄. eo
rū q̄s panis ſatiauit q̄ de celo de/
ſcēdit. dicit Glo. appuerūt melio
res: decore. ſ. ⁊ hilaritate ad bn̄ fa/
ciēdū. Prouerb. xv. Cor gaudēs
exhilarat faciē. ij. ad Coꝝ. ix. Hy/
larē datorē diligit deꝰ. Q De
inde circa ſpūalē mādūcationem
notādus eſt effectꝰ huiꝰ māduca
tionis. Et hic eſt triplex. ſ. pctōꝝ re
miſſio. ab et̄na morte ſanatio. ve/
ra corpis xp̄i ad ſalutē eternā par
ticipatio. etiā ſi caſu decedat̄ ſine
ſacramēto. De primo. Panē nr̄m

quotidianū. id eſt ſpiritualē cibū
da nobis hodie. ⁊ dimitte nob̄ de
bita noſtra. Ambroſiꝰ. Qui man
ducant ſpūaliter: virtutē carnis ⁊
ſanguinis xp̄i dn̄i ſumere et vere
manducare dicunt̄. quia ip̄az cor
poris domini efficientiā quotidie
ſumunt in remiſſionē peccatoruꝫ
De ſecūdo Joh̄. vj. Hic eſt panis
de celo deſcendēs vt ſi quis ex ip̄o
manducauerit. ſ. ſpūaliter nō mo
riatur. ſ. morte eterna. Auguſtinꝰ
ſuꝑ apl'um. Patres noſtri eandē
eſcam ſpiritalē manducauerunt:
quā ⁊ nos. corporalē vero alterā.
id ē māna quod ſignificabat xp̄ꝫ:
idem credētibꝫ effecit. Alij vero q̇
non crediderūt ⁊ manducauerūt
mortui ſunt eternaliter. quod nō
moyſes ⁊ alij boni. quare: qꝛ cibū
inuiſibilē ſpūaliter intellexerūt. ſpi/
ritualiter eſurierunt. ſpiritualiter
guſtauerūt: vt ſpiritualiter ſana/
rent̄. ſ. ab eterna morte liberarent̄.
De tertio ſumitur illud. j. ad Cho
rinth. x. Unus panis ⁊ vnuꝫ cor/
pus multi ſumus q̇ de vno pane
ꝑticipamꝰ. dic̄ Augꝰ. Nulli dubi
um eſt tūc quēq₃ corporis ſangui
niſq₃ dn̄ici participē fieri quando
membꝝ xp̄i efficit̄. nec alienari ab
illius panis ⁊ calicis cōſortio: eti
am ſi anteq̄₃ illuꝫ panē edat ab h̄
ſeculo in vnitate corꝑis xp̄i conſti
tutꝰ abſcedat Quia illiꝰ ſacri bn̄/
ficio nō ꝓuatur qn̄ ille hoc qđ ſa/
cramētū ſignificat inuenit̄. Jnue/
nit̄ aūt h̄ qđ ſacramētū ſignificat
quādo credendo ⁊ amando ſpiri
tualiter māducat. quia ſic in cor/
pus chriſti vere conuertit̄: vt cum
ipſo eternaliter viuat Amen.

De tertio modo manducandi.
ſcꝫ ſacramentali ⁊ ſpūali ſimul.
Sermo XX

VEnite co
medite ⁊c̄. Thema ꝓ
prium. Accipite ⁊ co/
medite hoc eſt corpꝰ meū Lu. xxij

Tertiꝰ modus māducan
di corpus xp̄i eſt ſacramētalis et
ſpūal' ſil' q̇ ſoli boni xp̄iani cōmu
nicant. ⁊ h̄ facto māducāt ⁊ man
ducāt̄. Un̄ circa illum modū tria
pn̄t ꝯſiderari Primū ē mł'titudo
maloꝝ nō cōicātiū. Scđꝫ magni
tudo fidelitatꝭ bonorū corpꝰ xp̄i
digne ſumētiū. Tertiū ē rō mādu
catōis ſic māducātiū ꝺ nō cōicāti
bꝫ. Primū circa hūc modū ꝯſide
rādū ē mł'titudo maloꝝ nō cōicā
tiū. Cū ei triplex ſit modꝰ mandu
cādi. ſ. ſacramētal' tm̄ q̇ mali xp̄ia
ni māducāt: ⁊ tn̄ non māducant.
Spūalis tm̄ q̇ boni nō mandu/
cāt. ⁊ tn̄ māducāt. Spūal' ⁊ ſacra
mētalis q̇ ſoli boni xp̄iani mādu
cant ⁊ māducāt̄. Reſtat ad huiuſ
diuiſiōis ſufficiētiaꝫ mł'titudo q̄/
dā maloꝝ q̇ nec māducāt nec mā
ducant̄. i. qui corpꝰ nō ſuſcipiunt
et ideo morte peribunt eterna.

Jſtoꝝ tres ſpēs ſunt ſiue turme
Primi infideles. Scđi negligen/
tes. Tertij cōtemptores. Jnfide/
les ſunt quorū corda per malici/
ciam ſuam fallentem ſic excecata
ſunt: vt non poſſint cognoſcere ⁊

credere diuīa ſacr̄a ꝓ ſalute mun
di mirabili dī ſapīa inſtituta Ne
gligentes ſunt qdā xpiani q̇ tꝑali
bus lucris ⁊ ſecularib⁹ negocijs
intm̄ ſe occupāt vt cōmuniōis ſa/
cramēta tꝑe debito ſumere negli/
gant. Cōtemptores ſunt q̇ ſceleri/
bus ſuis tāto amore īherēt ꝙ cor
pus dn̄i ſumere penit⁹ ꝑuipēdūt
Q De ꝑ̇mis Joh.vj. Quō po
teſt hic nob̄ dare carnē ſuā ad mā
ducandū.q.d.nō credim⁹ ꝙ dare
poteſt. Sap̄.ij. Errauerūt impij:
excecauit eos malicia eoꝝ ⁊ neſcie
rūt ſacr̄a dei Joh.iij. Qui incredu
lus eſt filio dei nō videbit vitā: ſ3
ira dei manet ſuꝑ eū De ſecūdiſ
Matth.xxij. Miſit rex ſuos ſu/
os vocare inuitatos ad nuptias:
dicēs. Ecce prandiū meū ꝑaui.ve
nite ad nuptias. Illi aūt neglexe/
runt ⁊ abierūt. Ali⁹ in villā ſuam
Ali⁹ ad negociationē ſuā. Gloſa.
In villā ire eſt terreno labori īmo
derate inſiſtere. Negociari ṽo ter
renis lucris nimis inhiare. Taleſ
qui prandiū diuini ſacr̄i negligūt
q̄zuis fidē ⁊ quedaz charitatꝭ oꝑa
hr̄e videant̄: tn̄ niſi peniteāt dāna
bunt̄. Joh.vj. Niſi māducaueritꝭ
carnē filij hoīs ⁊ biberitis ei⁹ ſan
guinē: nō habebitis vitā in vobis
Super illud ad Ephe.iij. Oro vt
poſſitis ꝯprehēdere q̄ ſit ſublimi
tas ⁊ ꝓfundū. Dic̄ gloſa. Profū
dum charitatꝭ ſunt eccl'iaſtica ſa/
cramēta q̄ ſunt ꝓfunda ⁊ īueſtiga
bilia.⁊ ſunt fundamētū charitatꝭ
ſine qb⁹ nō valet charitas.i.exteri
ora ſigna charitatis nō valent ad
ſalutē eternā ſine ſacr̄is eccl'iaſticꝭ
Nume.ix. Si q̄s mūdus eſt et in
itinere nō fuit.i.nō habet impedi/
mentū iuſte neceſſitatꝭ.⁊ non fecit
phaſe: exterminabit̄ aīa illa de po
pulis ſuiſ.q̄ꝛ ſacrificiū nō obtulit
dn̄o tꝑe ſuo: pcm̄ ſuū ip̄e porta/
bit. De tertijs.ij. Paralip̄.xxx.
Perrexerūt curſores cū epiſtolis
ex regis ezechie imꝑio ⁊ ꝑ̇ncipum
ei⁹ in vniuerſum iſrl' ⁊ iudā p̄di/
cantes. Reuertimi ad dn̄m deu3
veſtꝝ ⁊ venite ad ſanctuariū eius
ſc3 ad faciendū phaſe.i.ad ſuſcipi
endū corp⁹ dn̄i. Et quidā viri acq̇
eſcētes ꝯſilio venerūt: alijs irridē/
tibus ⁊ ſubſannātib⁹ eos. Jo.iij.
Hoc eſt iudiciū ꝙ lux venit ī mū
dum ⁊ dilexerūt hoīes magꝭ tene
bras q̄3 lucem Erāt em̄ eoꝝ mala
oꝑa.q.d.iuſto iudicio excōicātur
⁊ damnāt̄.q̄ꝛ plus diligūt peccatꝭ
ſuis inherere q̄3 ſe p̄parare ad xp̄3
ſuſcipe. Canon. Qui ꝓ ſceleribus
ſuis duob⁹ vel trib⁹ annis nō cō/
municāt: excōmunicādi ſūt donec
pniām agāt. Luc̄.xiiij. Nemo illo
rum viroꝝ q̇ vocati ſunt ⁊ nō ve/
nerūt guſtabit cenā meā. R

Secundū circa hūc modū cōſi
derandū: eſt magnitudo fidelita/
tis bonoꝝ: corp⁹ xp̄i digne ſuſci/
pientiū. Et ꝓbatur h̄ a trib⁹. Ab
optime ꝑtis electiōe. A ſpūſſancti
vera participatōe. Ab ipſius xp̄i
certa inhabitatiōe. De fidelita/
te digne cōmunicantium Prio
ꝓbatur fidelitaſ magna digne cō
municantiū ex optime ꝑtis electi/
one. Quia ſicut beata virgo Ma

ria tria ſibi ꝓpoſuit.ſ.eſſe matrē ⁊ nō virginē.vel eſſe virginē ⁊ n̄ matrem.vel eſſe matrē ⁊ virginē.vltimā ⁊ optimā partē.ſ.eſſe vtrūq̄ ſimul elegit.ſic iſti īter tres modos māducandi corpus xp̄i:optimū modū elegerūt. Prim⁹ moduſ eſt māducare ſacramētaliter tm̄ ⁊ nō ſpūaliter. Secūdus māducare ſpūaliter ⁊ nō ſacramentaliter. Terti⁹ māducare ſacramētaliter ⁊ ſpūaliter ſimul. Hāc vltimā et optimā ptē.ſ.de p̄mo mō comedere ſacramētaliter.⁊ de ſcd̄o modo comedere ſpūaliter eligūt.et ſic de vtraq̄ pte qd̄ melius ē comedūt. ⁊ ideo multum felices ſunt. Eccl̄s. viij. Laudaui igit̄ leticiā q̄ nō eēt hoī bonū ſub ſole niſi q̄ comederet ⁊ biberet atq̄ gauderet.q.d. Expertus ſum plurima gaudia.ſ.delectationē carnis ⁊ mūdi.⁊ hec omnia vidēs q̄ finis eoꝝ eſſet meror ⁊ luctus.vn̄ laudaui p̄ oīb⁹ leticiam.ſ.verā.i.teſtimoniū bone cōſcientie.q̄ nō eſſet homī bonū ſb ſole.i.melius ī h̄ mūdo:niſi q̄ comederet ſcʒ panē qui de celo deſcēdit.⁊ biberet ſcʒ vinū qd̄ letificat cor hoīs.i.ſanguinē dn̄i. Secūdo ꝓbatur fidelitas illoꝝ magna a ſpūſſancti ꝟa participatōe. Ps̄. De petra melle ſaturauit eoſ.q̄ fideles ſugūt de corpe xp̄i dulcedinem ſpūſſancti. Sap̄.xij. O q̄ʒ bonus ⁊ ſuauis eſt dn̄e ſpūs tuus ī nobis.qui ſcʒ fluit de tuo corpore ſacro. Aug⁹. Perceptiōe corporis ⁊ ſanguinis xp̄i homo viuit: nō ſumēs tm̄ ſacramētaliter qd̄ ⁊ mali faciūt:ptingēs vſq̄ ad participationē ſpūs vt in corpe domini tāq̄ mēbꝝ maneat ⁊ ei⁹ ſpū vegetetur. Tertio ꝓbat̄ idē ab ipius xp̄i certa inhabitatōe. Joh.vj. Qui māducat carnē meā: et bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo. Hylari⁹. Accepta carne dn̄i ⁊ hauſto ſanguine vnū efficimur vt nos in xp̄o ⁊ xp̄us in nobis ſit Eſt in nobis xp̄s p carnē dū eius carnē accipim⁹. Et ſumus ī eo dū ſecū in hoc ſum⁹ quod in deo eſt

¶ Tertiū circa hūc modū ꝯſiderādū: eſt ratio māducatōis digne manducantiū.i.qua ratōe dicit̄ q̄ tales manducāt ⁊ māducant̄. Et eſt hui⁹ ratio.q̄ dū corpus xp̄i a fidelib⁹ digne māducatur:nō ipm vt alius cib⁹ in manducantē ꝯuertit̄:ſʒ ecōtra ꝟe manducās in illud ſpūaliter ꝯuertitur Nā māducantē ſe:dn̄s ſui corpiſ mēbꝝ fac̄.⁊ ſibi incorpans p charitatē vnit ⁊ imagini bonitatis ſue ſil̄em efficit.j.ad Cho.x. Unū corpus multi ſum⁹:qui d̄ vno pane participam⁹.j.ad Chor̄.xij. Uos eſtis corpus xp̄i ⁊ mēbra de membro. Cū vero corpus xp̄i manducando nō illud in nobis ſʒ noſ in illud cōuertimur:triplici ſimilitudine ꝓbatur. Prima ſumit̄ de virtute noſtri amoris. Secūda d̄ virtute rei maioris. Tertia de virtute ſurculi arboris. Prima ſimilitudo noſtre mutationis ī corp⁹ xp̄i ſumitur de virtute amoris noſtri. Hec eſt em̄ vis amoris:tranſformari cor amantis in amatū.

id eſt amari fortune ꝓſpere ꝛ aduerſe aſſimilari. Eccl. vj. Amicus ſi ꝑmanſerit fixus .id ē fidelis: erit tibi coequalis .i. cōdolebit tibi in aduerſis ꝛ cōgaudebit in ꝓſperꝫ. Hugo. Ea vis amoris eſt vt talē te eſſe neceſſe ſit: quale illud eſt qđ amas. ꝛ ꝑ affectū iūgeris ꝛ in illius ſimilitudinē ipo qđammodo dilectionis feruore ꝛ societate trāſformaris. Cañ. viij. Pone me vt ſignaculū ſuꝑ cor tuum. Super cor tāꝗ̄ ſuꝑ cerā calidam. puram ꝛ mollē. aptā ſuſcipe impſſaꝫ imaginem. Suꝑ cor ḡ calidū amore dei. puꝝ mūdicia. molle pietate ꝓximi: corpus xp̄i vt ſigillūꝫ ponitˀ nō vt ipꝫ qđ immutabile eſt ī noſ muteť: ſed nos in imaginē bonitatis eius trāſmutemur. Secūda ſimilitudo ad idē ſumiť de virtute rei maioriſ. Nā ſi gutta aque in magnū vas vini fundatur: virtute multitudinis vini aqua ex toto in illud mutať. Sed virtus dominici corpis īeffabilis ē magnitudinis: ꝛ nos multū exigui reſpectu illius. Pſ. Magnus dñs et laudabilis nimis. Magna virtꝰ eius ꝛ magnitudinis eius nō eſt finis. Pſ. Subſtātia mea tanꝗ̄ nihil ante te. Eſa. xl. Ecce gentes ꝗ̄ſi ſtilla ſitule. Magnitudo itaꝗ̄ virtutis ꝛ dulcedinis chriſti infuſa exiguo ꝛ humili cordi nr̄o vnit illud ꝛ a ſe deficere nō faciēs in illam cōuertit: vt iam nō mūdanis hominibꝫ. non nobiſipſis: ſed ipi chriſto inuolūtate. ſermone. bonaꝗ̄ conuerſatione ſimiles ſimus. Pſ. Defecit in ſalutari tuo aīma mea. T Tertia ſimilitudo ad idem ſumiť de virtute rami arboris. Hec eſt ꝓprietas ſurculi boni ſi trunco inſerať etiā ſilueſtriꝗ̄ naturali virtute ꝑualens illiꝰ amaritudinē in ſuā dulcedinē ꝛ nobilitatē conuertit. ꝛ ſimilē fructuꝫ bonum ꝓferre facit. Sic corpus xp̄i in nobis inſitū defectus nr̄os euacuat ꝛ in ſuā bonitatē trahit: vt ꝗ̄les ipſe flores: frondes et fructus iuſticie facit. tales ꝛ nos per eū faciamus. Hinc ſpūſſanctus dicit Ezechiel. xvij. Sumā đ medulla cedri ſublimis ꝛ de vertice ramoꝝ rum ꝛ plantabo in montē excelſū ꝛ erumpet in germē ꝛ faciet fructū. Cedrus ſublimis eſt deus pater. Rami eminentiores antiqui patres. Uertex ramorū beata virgo maria. Medulla cedri eterna ſapientia dei. Pars de ramoꝝ vertice caro chriſti ſumpta de virgine. Spiritus igiť ſanctus medullam cedri ꝛ partē đ ſupmo ramo ſumpſit. quia xp̄i incarnationē fecit. ꝛ hunc quaſi ſurculū nobiliſſimū plantat in montem excelſum cuꝫ fidelibꝫ de terrenis deſiderijs eleuatis ad celeſtia dñici corporꝫ tribuit ſacramentū. Hinc fructuſ erumpit. quia cor fidele ꝓpter dignam ſumptionē corporis domini ꝓpria amaritudine viciorūꝫ relicta: ſimile chriſto ſpirituales frōdes: flores ꝛ fructus virtutum et bonorū operū facit. Hinc dictuꝫ eſt Auguſtino. Cibus ſum grandiū: creſce ꝛ manducabis me. nec

tu me mutabis in te ſicut cibū car
nis tue: ſed tu mutaberis in me.
Cant.j. Trahe me poſt te.ſcꝫ mu-
tando in te.violentia mee dilectio
nis.magnitudine tue dulcedinis
virtute firme inſertionis: vt n̄ ma
neat in me radix amaritudinis.ſ.
peccati.maneat autē operando in
me virtus ⁊ dulcedo tue bonitatꝭ
ad Gal.ij. Uiuo autē iam nō ego
viuit vero in me chriſtꝰ.q.d. Nūc
vt vixi male non viuo: ſed vt chri
ſti.bene cogito.loquor.et operor:
⁊ viuo donec ad ipm̄ perueniam
Amen.

De duodecim fructibus corpo-
ris chriſti cōtra duodecim lāguo
res qui ante hoc opuſculuꝫ ſunt
depicti.⁊ p̄mo de quattuor p̄mis

Sermo XXI

Venite co-
medite panē meuꝫ ⁊c̄.
vt a p̄ncipio. Thema
ſpeciale d̾ effectu Pater meus vſ-
qꝫ modo operaꝶ. Johā.v. Aliud.
Altiſſimus de terra creauit medi
cinam. Eccl̄i.xxxviij. Thema ꝑpri
um. Benedictꝰ fru.vētris tui. Lu.
j. Aſcendā in palmā.id eſt in cru-
cem.⁊ apprehendaꝫ fructus eius.
Cañ.vij. V Circa ſacramētū
dominici corpis p̄ncipaliter no-
tandum: eſt effectus bonitatꝭ eiꝰ
ſiue v̄tus ſpiritualis. Nam parē-
tes primi per vetiti poni guſtum
adeo correpti ml̄tas infudere mi
ſerias ſuo generi: neceſſarium fu-
it medicamēto ſaluatorꝭ miſerijs
ſubuenire. Circa quod ſciendum
qꝛ noſtre miſerie ſunt tres genera
les.ſcꝫ vincula culpe.defectuſ gra
tie.mortis plage. De primo pſal.
Funes peccatorū circumplexi ſūt
me. De ſecundo.ij. Paralip̄.in fi-
ne. Incuruatus ſum multo vin-
culo ferri.id ē peccati. Pſal. Im-
perfectū meū vidert oculi mei. Itē
Anima mea ſicut terra ſine aqua
tibi.id eſt arida ⁊ ſterilis.ſine flu-
mine gratiarū ⁊ germine virtutū.
De tertio pſ̄. Circūdederunt me
dolores mortis. Item. Amoue a
me plagas tuas. Job.xvj. Poſtꝭ
meus irruit ī me quaſi gigas: cō-
cidit me vulnere ſuper vulnꝰ. In
qualibet illarū trium miſeriaruꝫ
generaliū ītelligunꝶ q̄ttuor mala
ſpūalia q̄ſi duodecim lāguores
ſpiritualeſ ad quos curandos or
dinanꝶ duodecim dn̄ici corporiſ
effectus ſiue fructus. Apocal.xxij
Oſtendit mihi angelꝰ lignuꝫ vite
afferens fructus duodecim ꝑ ſin
gulos menſes.id eſt ad curādos
noſtros lāguores. Pſ̄. Benedic
anima mea domino.qui ꝓpiciaꝶ
omnibꝫ iniquitatibus tuiſ.qui ſa
nat om̄es infirmitates tuas. Eſa
ie.liij. Vere lāguores noſtros ipſe
tulit. Duodecim languores et
fructus depicti ſunt ante opuſcu-
lum in ſpecie duarū arborum. Et
poteſt hic dici de quattuor lāguo
ribus primis ⁊ de quattuor fru-
ctibus ⁊ de alijs in ſequenti. Pri
ma quattuor mala noſtra: ſiue
languores ſunt quaſi vincula cul
pe quibus multum ſtringuntur
anime.ſcilicet Demonis tēptatio

Fomitis repugnatio. Cordis ma
cula. Creatoris offenſa. Contra
hec valet fructus virginis. cor-
pus ſaluatoris De primo lan-
guore ad Ephe. vj. Induite vos
armaturā dei vt poſſitis ſtare ad
uerſus inſidias diaboli. Ecci. xj.
Multe ſunt inſidie doloſi. que. ſ.
de diuerſis vicijs ⁊ multꝭ modis
temptat. j. Pet. v. Uigilate qꝛ ad-
uerſarius veſter diabolꝰ tāq̄ꝫ leo
rugiens circūit querēs quē deuo
ret. Glo. Circūit tāq̄ꝫ hoſtis clau-
ſos obſidens muroſ. explorat an
ſit aliqua ꝑs muroꝝ minus ſta-
bilis quo aditu ad iteriora pene-
tret. offert oculis foris illicitas et
fragiles voluptates: vt viſu de-
ſtruat caſtitatē. aures ꝑ canora tē
ptat vt xpianū molliat rigorē. lin
guam ꝯuitio ꝓuocat. manus in-
iurijs laceſſentibꝫ ad eadē īſtigat
honores terrenos ꝓmittit vt cha
ritatē adimat. Ps̄. Perſecutꝰ eſt
inimicus animā meā humiliauit
in terra vitā meam. X De ſe-
cundo ad Gal. v. Caro cōcupiſcit
aduerſus ſpm̄. ad Roma. vij. Ui
deo aliā legem in mēbris meis re
pugnantē legi mētis mee. Augꝰ.
Uideo aliā legē. id eſt fomitē pec
cati in mēbris meis. vt in vmbili-
co ad cōcupiſcendū. in lingua ad
maledicendū. in manu ad male-
faciendū. ⁊ ſic de alijs. repugnan
tem legi mētis mee. id eſt. legi dei
mei ⁊ rationi. Fomes em̄ peccati
qui eſt in carne ⁊ repugnat menti
recte dicit̄ lex. quia legitime factuꝫ
eſt. vt qui non obediuit ſuo ſupe
riori: ei non ſeruiat ſuuꝫ inferius.
id eſt caro. Supra te eſt deus. In
fra te caro tua. Si ſeruias ſuperi
ori: ſeruit tibi inferior. Sed quia
cōtēpſiſti ſuperiorē: ideo iuſte tor
queris ab inferiori De tertio hie
remie. ij. Si laueris te nitro: tamē
maculata es iniquitate tua coraꝫ
me. Prouerb. xx. Quis poteſt di
cere mundū eſt cor meum: purus
ſum a peccato. Eccs̄. vij. Non eſt
homo iuſtꝰ in terra qui faciat bo
num ⁊ nō peccet. Ecci. xlvij. de ſa-
lomone. Dediſti maculā ī gloria
tua. De quarto Deut. ix. Me-
mento ⁊ ne obliuiſcaris quomo-
do ad iracundiā prouocauerꝭ do
minū deum tuū Et quāto maior
erit culpa: tanto maior cōtra pec-
catorem ira diuina. Zach. j. Ego
iratus ſum parū. ipſi vero adiu-
uerunt in malū Sciendū ꝙ ira
dei dicitur nō paſſio vel turbatio
animi: que illi omnino nō accidit
ſed iuſta vltio quaꝫ reddit delin-
quenti. Et hec eſt in peccatore ad
minus remorſus ꝯſcientie. Eccs̄.
x. Qui diſſipat ſepeꝫ: mordebit eū
coluber. Sepes eſt omne p̄ceptū
dei. Coluber vindicta ire dei. Iu-
ſticia dei non ſinit eſſe dedecꝰ cul
pe abſq̄ꝫ decore vindicte Contra
hec quattuor mala ordināt̄ q̄t
tuor dominici corpis fructꝰ. Pri
mo quia nos liberat a vincul' cul
pe. quia demonem fugat. fomiteꝫ
refrigerat. maculā cordis mūdat
irā dei placat. De primo fructu
Thob. vj. Si cordis piſcꝭ ꝑticl'aꝫ
ſuꝑ carbōeſ pōas fumꝰ eꝰ extricat

omne gen⁹ demonioꝝ. Flumē in
quo piſces ſūt ſignificat oēs pctō
res. Piſcis hui⁹ ſeuicia: grauami
na pctōꝝ. Piſcis ille magn⁹ gētē
iudeoꝝ. Cor piſcis q̄ſi mēbrū no
biliſſimū ꝛ ex q̄ vita ꝓcedit beatā
v̾ginē. Particula cordis ſignifi/
cat corp⁹ ſaluatorꝭ de v̾gine ſum
ptū. h̄ debet ſuꝑ carbones poni. i.
fidelib⁹ accēſis igne amorꝭ dona
ri: tūc fum⁹ ei⁹. i. v̾tus ſpūalis fu
gat temptatōes demonuꝫ. Pſal.
Exurgat de⁹ ꝛ diſſipēt inimici ei⁹
ꝛ fugiāt q̇ oderūt eū a facie eius.
De ſecūdo fructu p̄s. Selmon
mons dei Mons dei ē xp̄s. Sel
mon em̄ interp̄tat̃ vmbra ignis.
Ipſe em̄ eſt vmbra nr̄i refrigerij.
quia vt dic̄ gloſa. De corꝑe chriſti
manat vmbra gr̄e. q̄ nob̄ defenſa
culū eſt ɔ̄ incētiua vicioꝝ ꝛ carna
lis ɔcupiſcētie. Vn̄ dictū ē v̾gini.
Virt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi.
id eſt vmbrā faciet tibi. Umbra ei
fit de corꝑe ꝛ lumīe. Lumē eſt ver/
bū dei. corp⁹ caro xp̄i. Acceſſit lu/
mē corꝑi. i. v̾bū carni. v̾bū em̄ ca/
ro factū eſt. Dū g̈ fidel̾ corp⁹ chri
ſti ſumit: ſpūale refrigeriuꝫ ꝑcipit
quaſi de vmbra gr̄e q̄ de ip̄o flu/
it. Oſee. xiiij. Ero q̄ſi ros ꝛ iſrl̾ ger
minabit ſic̄ liliū. De tertio fru/
ctu Eſa. vj. Uolauit ad me vn⁹ de
ſeraphim ꝛ ī manu ei⁹ calcul⁹ quē
forcipe tulerat de altari. ꝛ tetigit
os meū ꝛ dixit. Ecce tetigi hec la/
bia tua ꝛ auferet̃ iniquitas tua. ꝛ
pctm̄ tuū mūdabit̃. Lapis ille p̄ci
oſus ſumpt⁹ de altari: ſignificat
corp⁹ xp̄i dū eo os cordis tangit̃:
pctm̄ veniale mūdat̃. Grego. Do
min⁹ dedit nob̄ ſacr̄m ſalutꝭ vt q꞉
quotidie peccam⁹ ꝛ ille iā mori ꝓ
pctō n̄ p̄t: ꝑ h̄ remiſſiōꝫ ɔſeq̄mur.
De q̄rto fructu Prouerb. xxj.
Mun⁹ abſcōditū extinguit iras.
Leuit̃. ij. Si de craticula fuerit ſa
crificiū: eque ſimila oleo ɔſperget̃
Seq̄t̃. Tollet memoriale d̾ ſacri/
ficio ꝛ adolebit ſuꝑ altare ī odorē
ſuauitatꝭ dn̄o. Panis in craticl̾a
coct⁹ ꝛ oblat⁹ ꝛ aſꝑius oleo: xp̄s ē
in cruce ꝓ nob̄ paſſus ꝛ totus vn
ctus oleo ſpūſſcti. Hui⁹ ſacrificij
memoriale ē hoſtia eccl̾ie q̄ offert̃
in memoriā dn̄ice paſſiōis. Hec
debet ſuꝑ altare adoleri. i. accēdi.
q꞉ in corde fideli cuꝫ feruore deſi/
derij ꝛ deuotōis debꝫ ſuſcipi. Hic
odor ſuauis eſt dn̄o. i. tā gratus
deo vt ob ei⁹ gr̄am irā ſuā remit/
tat ꝛ nos ſibi recōciliet. ꝛ ad et̃naꝫ
pacem ꝑducat Amen.

¶ De quattuor fructib⁹ ſecūdis.
Sermo XXII

VEnite co
v medite ꝛc̄. Itē alia the
mata vt iā ſup̄. vel ſi/
milia Secūda q̄ttuor ma
la ſiue lāguores ſunt q̄ſi defectuſ
gr̄e q̇b⁹ mł̾te laborāt aīe. In co
gnitiōe nr̄i. In dilectōe ꝓximi In
ſapore ſpūali ꝛ ɔſūmatione boni
Cōtra hec valet fruct⁹ v̾ginis cor
pus ſaluatorꝭ. De p̄mo lāguo/
re Gen̄. j. Tenebre erāt ſuꝑ facieꝫ
abyſſi. q. d. ab antiq̄ cor hoīs ob/
uolutū erat ignorātia ſui Hiere.

xvij. Prauū eſt cor hoīs ꝛ inſcru
tabile: q̇s cognoſcet illud. p̄s. De
licta q̇s intelligit: ab occultꝭ meis
mūda me: et ab alienis ꝑce ſeruo
tuo. quibꝫ. ſ. vl' alios peccare feci.
vl' alioꝝ pctīs ꝯſenſi. Matth. vij.
Quid vides feſtucā in oculo fra/
tris tui. ꝛ trabē in oculo tuo non
vides. De ſcd̄o Matthei. xxiiij.
Qm̄ ſupabūdauit iniq̇tas; refri/
geſcet charitas multoꝝ. Ecc̄i. xliij
Frigid⁹ vētus aquilo flauit ꝛ ge
lauit criſtall⁹ ab aqua. Defectus
amoris ꝓbat̄ ab exteriorib⁹ ſignīſ
j. Job. iiij. Qui habuerit ſubſtāti
am hui⁹ mūdi ꝛ viderit frēm ſuū
neceſſe hr̄e: et clauſerit viſcera ſua
ab eo: quō charitas dei manet in
illo. Hiere. ix. Unuſq̇ſq; ſe a ꝓximo
ſuo cuſtodiat et in om̄i fratre ſuo
nō habeat fiduciā. qꝛ om̄is frater
ſupplantās ſupplantabit. et om̄is
amicus fraudulēter incedet. ꝛ fra
ter fratrē deridebit et veritatē non
loquet̄. Prouer. xx. Pond⁹ et pō
dus. mēſura et mēſura. vtrūq; ab
ominabile eſt apud deū. Glo. Di
uerſuȝ pōdus et diuerſa mēſura.
ſunt in domo ſua vt aliter ſibi ali/
ter ꝓximo ſuo metiat̄ q̇ in ſuis ſꝑ
actibꝫ que laudent̄. et ī ꝓximi que
vituꝑent̄ q̄rit. Sȝ q̇ in tꝑalibꝫ ſi/
bi maiorē ꝓximo minorē mēſurā
dare ſtudet. qꝛ defectū dilectionīſ
habet. diſplicet deo. Similiter eſt
de eo q̇ malo v̄bo aut fc̄tō ꝓximū
ꝯtriſtat: ledit: vl' dānificat. De ter
tio Hiere. xxxj. Om̄is homo q̇ co
mederit vuā acerbā: obſtupeſcent
dētes eius. Grego. Quid eſt vua
acerba niſi peccatū. Uua quippe
acerba eſt fruct⁹ ante tꝑs. Quiſq̇s
eīm̄ p̄ſentis vite delectatiōibꝫ ſati/
ari deſiderat: quaſi fruct⁹ añ tem/
pus comedere feſtinat. Sed qui
vuā acerbā comedit: dentes eius
obſtupeſcūt. quia q̇ p̄ſentis mūdi
delectationibꝫ paſcit̄: intm̄ ſenſus
eius ligāt̄ vt iā ſaꝑe neq̄at ſpūalia
Hoc figuratū eſt Nume. xj. ī po/
pulo iſrael q̇ in egypto cū carnibꝫ
ꝛ cepis ꝛ alleo ſaturat⁹ fuit: ꝛ po
ſtea in deſerto talia ꝯcupiſcēs: pa
nem celeſtē ſcȝ māna cū nauſea re
ſpuebat. j. ad Cho. ij. Animal' ho/
mo nō ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpirit⁹ dei.
Aug. Animalis hō d̄r carnal' ho
mo qui fert̄ diſſoluta laſciuia aīe
ſue. qm̄ inter natural' ordinis me
dietates ſpēm rectoris nō cōtinet.
eo ꝙ ip̄e regēdum ſe non ſubijcit
talis ſpūalem dulcedinē nō ſapit
De quarto ad Gal'. iij. Sic ſtul/
ti eſtis vt cū ſpū ceperitꝭ: nunc car
ne ꝯſumamini. Prouerb. ij. Re/
linquūt iter rectū ꝛ ambulāt ꝑ vi
as tenebroſas. Luc̄. viij. Qui ſu/
pra petrā hi ſunt q̇ cū audiūt ver/
bum: cū gaudio ſuſcipiūt: ſȝ radi
cem nō habēt. ſ. ſtabilitateȝ firme
volūtatis. qꝛ ad tempus credunt
ꝛ in temꝑe tēptatōis recedūt. Cā/
ticoꝝ. vij. Mane ſurgam⁹ ꝛ vide
amus ſi floruit vinea ſi flores fru
ctus parturiūt. Gloſa. Non eſt in
tuendū ſi vinea floret. ſed ſi floreſ
ad partū fructuū ꝯualeſcūt. quia
non mirū ſi quis bona inchoat:
